

**Kg**  
6845







35  
AD  
QUORUMDAM IN WURTEMBERGIA  
MONASTERIORUM PRÆSERTIM

ALPIRSPACENSIS  
JURA PRIVATA  
SINGULARIA

125 d  
FLORES SPARSIT  
CHRISTIAN FERDINAND  
HARPPRECHT

6.845  
PROFESSOR JURIS IN ACADEMIA TUBINGENSI  
ORDINARIUS

TUBINGÆ

SUMTIBUS JOH. GEORG COTTÆ  
MDCCLV.





AD  
GEORGIUM IN WIRTSCHAFT

MONASTERIUM TRASHIM

APRILS TAGS

TRA... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..







## CONSPECTUS LIBELLI.

- §. 1. De variis Jctorum Sectis postJustinianæis , & hodierno jure Germanico privato univetsali non scripto , cum annexa dissertationis occasione.
- §. 2. Historia Monasterii Alpirspacensis ejusque restitutio nec non post reformationem status breviter delineatur: interspergitur historia Monasterii Hirsaugiensis tempore publicati INTERIM ; & nonnulla de Statu Wurtembergiæ tempore belli tricennalis annectuntur.
- §. 3. De juribus personalibus Alpirspaci obviis , generatim vero de servitute inter Christianos agitur , & simul de servitute Ecclesiastica disquiritur.
- §. 4. Ostenditur , localem servitatem Alpirspaci non obtinere : Memoratur simul jus Albinagii, quod in Dynastia Losburg obtinet.
- §. 5. De Mortuario , quod liberi homines & de eo, quod servi Alpirspaci pendunt , ut & generatim de mortuario locali, reali & personali.
- §. 6. Agitur de concursu mortuarii localis & personalis: atque de officialibus disquiritur , num & illi mortuario locali obnoxii sint.
- §. 7. Singulæ species hominum propriorum penes Monasterium Alpirspacense obviatorum recensentur , & de illorum originibus differitur.
- §. 8. Mortuarium personale pertractatur , una cum prælatione ejusdem in concursu creditorum.

§. 9.





- §. 9. Complectitur argumenta de operis, censibus atque maritagiis hominum priorum.
- §. 10. De Hagenstolziis. Erymologia hujus vocis evolvitur; res ipsa autem è Pontificiis, licet particularibus duntaxat, doctrinis derivatur.
- §. 11. De iis, qui in classem Hagstoziorum referri possunt vel non; ubi de singulari jure Monasterii S. Georgii, ut & de inhabilibus ad matrimonium ineundum.
- §. 12. De Hagstolziatus effectibus & personis, quæ per hoc jus excluduntur à successione, natis ex consponsis, spuris, & aliis, qui obvii esse possunt, casibus.
- §. 13. De testamentifactione Hagstoziorum, illorum potestate celebrandi contractus vitalitios & facultate patris substituendi liberis, quos Hagstozios futuros metuit.
- §. 14. De onere alendi Hagstozium ad incitas redactum, & collisione domini piorumque corporum.
- §. 15. De modo succedendi Hagstoziiis.
- §. 16. De juribus realibus Alpirspaco propriis, mortuario reali, Todten - Gericht & censibus varii generis realibus.
- §. 17. De personis mortuarium reale præstantibus.
- §. 18. De mortuarii præstatione prædiis venditis & contractu vitalitio celebrato: alterutro conjugum vel utroque mortuo, ut & celebratis secundis nuptiis.
- §. 19. Quid capi possit pro mortuario reali?
- §. 20. E quibus prædiis illud præstari debeat?
- §. 21. Conclusio.

Sequuntur Octo Adjuncta.

JURA





## JURA PRIVATA SINGULARIA ALPIRSPACENSIA.



### §. I.

Ultas & imprimis etiam penes Monasteria passim  
supereffe pristini cujusdam juris in Germania  
reliquias, hodie ferè inter omnes convenit:  
clamant hoc præsertim ii, qui, sive tædio juris  
peregrini sive ignorantia & difficultatibus sub-  
tilioris Legum exterarum systematis moti, jus  
Romanum penitus exsibilare contendentes, Germanico cuidam  
universali, uti putant, reducendo omnibus viribus sese de-  
dunt. Scilicet uti jam mediæ ævi temporibus Jctorum cohors  
in duas sectas scindebatur Legistas puta & Decretistas  
1), quorum illi juri *Romano* adhærebant ejusque dogmatis,  
hi vero *Canonico*; abeuntibus illis deinceps rursus in duas  
classes humanistarum nempe & Bartolistarum; 2) ita  
hodie quoque, Jctos duplicem hæresin constituere, observare  
licet, Germanistas 3) quippe & Romanistas; quorum  
hi

A



hi omnia ubicunque expressæ Leges generales & particulares nec non consuetudines particulares deficiunt, ad decempe-  
dam Juris Romani unicè dimetiendum autumant; & sunt vel  
theoretici vel practici; Illi vero inter Leges consuetudi-  
nesque particulares atque inter jus Romanum hujusque ap-  
plicationem adhuc aliquid interjacere putant, cui in applicando  
jure ad factum locus sit concedendus, antequam ad jus Roma-  
num procedi possit. Tota vero lis, quantum quidem nos  
intelligimus, in hoc vertitur cardine, utrum dentur consue-  
tudines in Germania universales, quæ in causarum decisione  
attendi vel possint vel debeant, antequam ad jus Romanum  
provocandum est? Acriter hac de re disputatum fuit inter  
eos, qui de prærogativis 4) unius alteriusque Juris, Germanici  
scilicet atque Romani, serratam contentionis inter se recipi-  
runt. Nobis res ita videtur comparata, ut non dubitemus,  
calculum adjicere iis, qui jus Germanicum meris consuetu-  
dinibus nixum universale, exceptis causis illustrium persona-  
rum, dari negant; quamquam enim jura *pastorum*, *unionis*  
*prolium*, *retractus*, *cambiale*, *opificiarium* 5) &c. admodum  
speciosè in contrarium allegantur; attamen pacta eorumque  
obligationem Germani ex jure naturæ duntaxat retinebant,  
neque propriò ab aliarum gentium jure distincto hac in re  
umquam utebantur; recepto vero deinceps jure Rom. id uni-  
cum agebant, ut jus naturæ per jus Rom. restringi circa pacta  
non paterentur. Jus *retractus*, *cambiale*, *opificiarium*, quam-  
quam de horum origine jamjam differendi arimus non sit,  
si tamen vel maxime Germanicis juribus privativè adscribe-  
rentur, rectè id fieri nequit, si de universali quodam ger-  
manico sermo est, nisi intuitu objecti, hoc est ita, ut quidem  
iporum objecta in tota germania (quamquam nec hoc qui-  
dem de omnibus hisce exemplis, uti cambii jus ferè in tota  
Suevia exultat, asseri queat) deprehendantur; ratione deter-  
minationis autem & formæ eadem diversimodè imò infinities  
varient. Neque justè obvertitur, quorundam horum jurium  
suprema saltim capita universim inter Germanos recepta, &  
sic probando juri Germanico cuidam universali sufficientia esse,  
veluti



veluti si dicere velles, ubique in Germania florere opificia, ubique particulam saltim mercaturæ: Etenim hæc quoque jura non ulterius jus universale constituunt, quam quatenus ea, quæ ad substantiam rei atque negotii spectant, ab omnibus necessario custodiri debent: unde aliquid simile retractui, cambio & aliis hisce in ipsis deprehendimus Legibus Romanis; quodsi autem ultimum juris Germanici refugium in hisce præditiis poni vellet, misera profecto foret illius conditio 6), & æque facili opera, quæ Indi & Garamantæ observant, ad jus Germanicum referri possent: particulares enim conclusiones juris atque determinationes horum negotiorum tantopere in diversis Germaniæ provinciis variant, ut, ad jus quoddam universale illa reducere, impossibile planè sit, & hinc etiam jus universale Germanicum in causis maxime privatorum penitus deficiat. Omittimus alia, quæ pro refellendo jure Germanico universali de diversitate præcarum Gentium Germanicarum, incertis illarum sedibus, deficiente auctoritate Juris Cæsarei, *Kaysersrecht*, speculorum Saxonici & Suevici, nec non hujus plane commento 7), ut & contra prætensam diversorum jurium provincialium harmoniam ab iis, qui non quamcunque aureolam novaturiendi cupidine aucupari, verum potius per conservationem jurium semel receptorum, pluriumque seculorum praxi confirmatorum, felicitatem Germaniæ promovere, ejusque miseram, e jurium ambiguitate oriundam, devastationem avertere gestiunt, centies jam dicta sunt. Quando igitur, ut mentem nostram magis aperiamus, de negotio aliquo, quod ante receptum jus Roman. frequens & post hujus receptionem usque ad hodierna tempora retentum fuit, in foro controversia nascitur, sanè non poterit in defectu particularium jurium fieri, ut recurramus ad consuetudines universales, quas dari negamus, sed necesse erit, Romanum vel Canonicum in subsidium vocari. Interim, si verum fateamur, tota hæc lis multum logomachia hæbet, & sæpius hac in re confunditur officium boni historici cum officio boni Jcti; sæpius miscetur id, quod ex jure Rom. propter genium Germanorum ab Itolorum diverso vel & propter status indo-



em discrepantem receptum non est, cum eo, quod Juris Germanici esse dicitur, & denique haud raro committuntur negotia, ex jure Germanico pristino sine dubio hodiernum reliqua, cum existentia & applicatione antiqui juris ipsius. Quamvis autem jus Germanicum universale non scriptum in causis privatorum obvium agnoscamus nullum, nisi ratione originis sive objecti tale, neutiquam vero ratione applicationis; argumentum tamen dissertationis nostræ, quod Dn. Respondens suafu venerandi Dni Parentis sui, nostri singularis Fautoris, Alpirspacensi ditiori Serenissimi nomine Præfæcti selegit, existimamus, tum ab illis benigne exceptum iri, qui nonnisi Germanica crepant, quando novas sibi accessiones, non quidem ex nostra tractatione, attamen ex re ipsa suppeditari sibi observabunt; tum vero & illis offendiculo haud futurum, qui de jure Germanico adeo magnificè non sentiunt, quoniam particularia jura nosse non minus juvat, quam universalia.

- 1) Quibus jam antea præfulerant Gofiani atque Bulgariani a præceptoribus suis ita vocati: BRUNNQUELL in progr. de *Sectis & controversiis Juris Justinianæi Interpret.* de origine utriusque Sectæ vid. Alex. MACHIAVELL. in not. ad *Sigon. histor. Bononiens. Tom. III. Opp. Sigon. p. 129.* AUCTOR *vitaæ Balduin. Libr. I. c. 12.* De tempore, quo innotuit, jungi etiam potest PLATINA in *vit. Pontific. sub Gregor. IX. & CRANZ. in Libr. VIII. Saxon. 8.* & quo utraque in aulis Imperatorum versari cœpit. ARNOLD LUBEC. in *histor. Slavor. Libr. III. c. 5. & 10.* Generatim huc evolvi possunt KOPP. in *histor. jur. P. I. Ep. VI. th. V. sqq. pag. 33.* PERTSCH in *der Historie des Canonischen Rechts. dritte Abtheil. 8. 15. p. 249.* Burc. Gotth. STRUV. *Corp. histor. German. Tom. I. period. VII. Sect. V. 8. 7. not. 37. p. 520. Edit. noviss.*
- 2) De utriusque hujus Sectæ cognominibus, Principibus, odio & studio elegantiorum literarum vid. Ulr. HUBER. in *Orat. de liter. human. cum Jurisprud. conjung. p. 296. in Select. opusc. BUDER. jung. Francisc. HOTOMANN. in Anti-Tribon. cap. 15. & Barth. ANULI Carmen in laud. academ. Bituric. insertum CONRADI parerg. Libr. III.*
- 3) Horum antesignanus fuit CONRING. Medicus & Polyhistor ille Helmfstadiensis in *Sched. de origine juris German.* Quem secuti sunt Kulpisius Thomafius & mox insignis aliorum caterva. Sectis his evenit, quod omnibus aliis communiter, ut nimirum asseclæ unius alterius alto contemnunt supercilio; præsertim vero imperiosam reformatorum faciem, sed nonnisi propria auctoritate, induentes Germanistæ admodum rudi quando-



quandoque factu, arbitrati forsan sine hoc titillanter reformatorem gloriam consequi neminem posse, Romanistas excipiunt perfringuntque. Interim cum nulla spes sit, ut altera secta alteri cedat, cumque ex parte Romanistarum stent Suprema Imperii Judicia, quibus insuper habitis Germanistis nihilominus suis quoque se factent in aulis; incerta, quæ hac etiam ex causa oritur, iustitia misere laceratur facies Germaniæ. jung. Exc. D. Dr. *Christ. Frid. HARPPRECHT in fontibus juris civil. Wurt. præloq. art. 2. not. l. p. 10.*

4) Spectant huc præter THOMASIIUM passim, præsertim vero in dissert. *de rite form. stat. controuv. utrum Juris Justinian. frequens an exig. sit us. KULPISIUMQUE* in epistola, quam divulgavit sub nomine Conradi Sincerii *de Germanicarum Legum Veterum ac Rom. Jur. in republic. nostr. origin. auctoritateque præsentii*, quæ decimum locum occupat inter dissertationes auctoris a Schiltero junctim editas, omnes illi, qui longo sermone enarrantur in *Bibliotheca Lipsio - Jenichenian. P. II. p. 229.* quibus addi possent STEIN *an & quatenus juri Rom. competat prærogat. præ veter. jur. Germ. GRASS in thesib. juridic. inaugur. ex variis jur. mater. th. 1. & in Themat. miscellan. hiflor. juridic. th. 11. & sqq.*

5) Plura videre licet exempla negotiorum juri Germanico universali privato adscriptorum apud *Job. Sam. Frid. BOEHMER. in progr. de præjud. jur. Germ. in caus. privat. §. 4. & Frid. Henr. MILIUM de genuin. jur. germ. univers. hod. civ. priv. concept. §. VII. p. 18.* Quorum hic, cum ipse facile perspiciat, exempla, quibus utitur, lapidem Lydium summi rigoris tamquam universalialia non sustinere, speciosum argumentum, ab ipso juris Rom. exemplo peticum, in subsidium vocat: At enim in §. 2. si ipsum Jus Rom. non in omnibus Germaniæ provinciis receptum est, neque tamen hanc ob causam universalis in Germaniâ juris elogio defraudatur; æquum esse, ut & consuetudinibus hoc prædicatum concedatur, licet non ubique Imperii Germanici vigeant. Verum admodum dispar nobis utrinque videtur ratio, neque valide sequelam duci ab uno ad alterum: etenim jus Rom. ab Imperatoribus (quod post B. D. GRASS. loc. supramemorat. & GERLACHI *de majest. ac dignitat. Leg. Rom. §. 9. & 12.* allatas probationes, & ea, quæ B. KOPPIUS unus e potioribus Germanistis in *hiflor. jur. P. I. epoch. VI. th. 10.* hac de re docer, ubi vero retenti mores ex nostra hypothefi de particularibus intelligendi, in dubium vocari vix poterit) ceu norma supremorum in Imperio Judiciorum, adeoque tamquam commune totius imperii fuit confirmatum, adeo, ut jam probandum sit, illud receptum non esse: de Consuetudinibus autem asseri hoc neutiquam potest, quippe quæ duntaxat *die gebührlich allegirte und probirte privilegia, gute Ordnungen und gewohnheiten*, habetur in *ORDIN. Jud. imp. aulici. Tit. 1. §. und weil södann &c.* confirmata fuerunt, unde jus Rom. saltem ratione præsumtionis semper universale manet, id quod in consuetudines non cadit. Si





dicendum, quod res est, illa, quæ olim consuetudinum universalium vim & rationem habebant, in jura Provincialia & quoad exiguam partem in Recessus Imperii migrare jussa, & sæpius ibi quoque peregrini juris laciniis involuta sunt; reliqua autem nonnisi particularium *χέρον* retinuerunt.

- 6) Foret hoc illud ipsum vitium, cujus Jctos Romanitas non semper malè arguunt THOMASIIUS & alii, quod v. g. dum illi usum juris Rom. circa servos hodiernum asserunt, confundant id, quod est juris naturæ cum eo, quod est juris Romani v. BOEHMER. *de jur. & stat. homin. prop. in German. Sect. II. §. 1. sqq.*
- 7) GONNE *de commento Speculi Suevici.*

## §. 2.

Verba igitur facturis de juribus Alpirspacensibus præmittenda foret ipsius Monasterii historia; sed non dissimulamus curtam nostram hac in re suppellectilem: ultra Besoldum heic vix sapimus; brevissimis igitur totam rem absolvemus. Fundatores hujus Monasterii erant Rotmannus de Husin, Adelbertus de Zolro 1) & Comes Alwicus de Sulzo; qui collatis variis prædiis & mancipiis 2) illud ordini S. Benedicti a. 1095. sacrum esse volebant, accedente consensu Episcopi Constantiensis, & subsequente a. 1101. Paschalis II. Pontificis Maximi confirmatione 3), quibus etiam Henrici V. Imperatoris a. 1123. addita fuit approbatio 4). Procedente vero tempore multis hoc monasterium auctum fuit incrementis 5). Exorta Evangelii luce, cujus radii quoque Ulrici pientissimæ memoriæ Ducis, patria tum profugi, animum illuminârunt, Serenissimus Princeps, recuperatis ditionibus, eandem in Ducatu quoque pedem figere voluit, & propterea non modo Ecclesias collegiatas atque parochiales infra & supra montes a depravatis doctrinis & rituum superstitione liberare, verum etiam deinceps Monasteria visitare, Monachos otiosos, & nonnisi fruges terræ consumere natos, multis insuper vitiiis inquinatos, victualitiis donare, repugnantes vero latebris suis vi expellere 6). Præsertim etiam Alpirspaci hæc contigisse, fidem nobis facit sanctæ simplicitatis & rusticitatis plena relatio Valentini Prioris Reichenbacensis 7). Neque tamen Princeps religio-



religiosissimus ecclesiastica bona in rem suam vertere, sed partim ecclesiarum scholarumque conservationi atque sustentationi pauperum applicare, partim vero ex illorum abundantia, uti jam antea Status Provinciales Archi - Duci Ferdinando Imperatoris Caroli V. Fratri simile consilium proposuerant, publicis necessitatibus subvenire 8). Melioribus igitur ex hoc tempore, quam sub Papatu, applicata Monasteria usibus repurgatis sacris erant addicta, donec post publicatum edictum restitutorium 9) Monachis & Clericis Pontificiis rursus cederent. Alpirspacum praesertim d. 10. Sept. A. 1630. per Commissarios, mediantibus octo mille militibus Austriacis, ex Alsatia huc trajectis, occupatum 10) Ducibusque ereptum, prioribus inutilibus incolis habitandum restituebatur. Quadriennio post clades Nördlingensis contingebat, patriæ præcipue funesta; hæc enim tantopere copiis Austriacis undarum in modum irruentibus 11) obruebatur, ut & ipse Dux Eberhardus III. populi sui delictum Argentinam cedere cogeretur, ex quo firmior adhuc videbatur Clerici Catholici possessio; & quamvis a. 1639. Dux terris suis maximam partem iterum potiretur, nihilominus monasteria recuperare temporis ratio non ferebat, quin potius usque ad Pacem Westphalicam ejusque executionem iis carere cogerentur Principes nostri 13). Admodum quidem in ipsis Westphalicæ Pacis tractatibus restitutioni sese opponebant Catholici 14), quia tamen Alpirspacum illorum numero comprehendebatur, de quibus, quod in territorio sita fuerint, minus dubitare videbantur Catholici, facilius quoque illius restitutio fuit impetrata, quam octo aliorum, de quibus acrius fuit disputatum 15). Exitum tamen, uti intuitu omnium, sic & nostri, res talem sortita est, ut nec omnia illa impedimenta, quæ durante bello Besoldi damnanda perfidia 16), & Adami Adami 17) operosa oppositio objicere moliebatur, ullo modo bonæ causæ detrimento esse potuerint. Quid? quod eo firmior est Potentissimæ Domus Wurtembergicæ restitutio, quo non modo ex capite Amnestiæ, quæ solum respicit factum possessionis, sed & ex capite Gravaminum, ad jus pertinens, eadem secuta est; ita ut anni decretorii utriusque





que 1618. & 1624. commoda applicare sibi queat Patria nostra 18). Ex Pacis igitur conventionem sensim sensimque restituebantur 19) bona Ecclesiastica uti alibi, ita & in Wurtembergia, atque præsertim Alpirspacum; quamquam hoc Monasterium ob insignes tergiversationes ultimi Catholici Abbatis Alphonssi 20) ultimum ferè omnium restitutorum fuit, qui postquam superos & Acheronta incassum movisset, ut abitum differret, id saltim egit, cum nihil sibi superesse cerneret, ut non, nisi compluribus documentis onustus, a 1859. migraret. Atque hoc ipsum in causa est, cur ejusmodi instrumentis, quæ origines veterum singulariumque, à nobis pertractatorum, jurium demonstrarent, dissertationem nostram ornare haud valeamus. Quemadmodum vero omne jus, & sic maxime privatum, quod nostrum constituit objectum, vel circa varios personarum status, vel circa res versatur, unde deinceps remedia quasi sponte fluunt; ita & hoc modo tractationem nostram dispescemus, ut primo dispiciamus de juribus singularibus circa statum personarum obviis; deinceps vero & illa propinemus, quæ circa res & prædia occurrunt.

- 1) Quod nomen communiter de Comite quodam de Zollern explicatur: Mirifice enim passim apud antiquos scriptores horum nomen effertur v.g. de Zolorin ap. CONTINUATOR. *Hermann. Contract.* ad a. 1061. de Zolre & Zolra in *Chronic. Joh. Mutterstadii* ap. Perillustr. Dn. de SENKENBERG. in *Tom. VI. Select. jur. & histor. p. 171. & 180.* Cur non æque ac Alvvicus Comiris titulo usus fuerit, quo teste Mutterstadio cit. loc. jam tum præfulgebant, non satis constat, nisi quod forsan secundogenitus fuerit. Dicitur hic Albertus primus Monasterii Abbas fuisse, atque nomen ei dedisse, sed præter hoc, quod religionem ingressus fuerit, certo de reliquis nil constat. vid. *Vir Consultissimus nobisque amicissimus Dn. SATTLER in der Historischen Beschreibung des Hertzogthums Wurtemberg. Part. II. p. 274.*
- 2) BESOLD in *docum. monaster. rediviv. p. 235. seq. edit. prim.* ubi fundationes. Easdem habes ap. *Crusium & in Francisc. PETRI Suevia Ecclesiast. p. 51. & seq.* Salmannum, de quibus videri potest *Joh. HEUMANN. in opusc. jur. German. p. 289.* agente Berahardo quodam de Vlörin.
- 3) BESOLD. p. 254,
- 4) ID. p. 248. jung. CRUSIUS in *annal. Suev. fol. 293. & 325. & seq.* PREGI-ZER



ZER in Suevia. & Wurtemberg. Sacra. p. 54. Dn. Prof. STEINHOFER in Chron. Wurtenb. P. II. p. 57.

- 5) Uti patet ex iis, quæ sequuntur ap. BESOLD. p. 552. seqq.
- 6) Vid. Consultiss. nobisque conjunctiss. Dn. Consil. Regim. Dr. EISENBACH Geschichte und thaten Herzog Ulrichs. §. 66. pag. III.
- 7) Ap. BESOLD. p. 333.
- 8) EISENBACH. d. l. p. 112. junct. p. 82. turpiter itaque falluntur, qui sibi aliisque persuadere conantur, bona Ecclesiastica Wurtembergica esse secularilara; falluntur & illi, qui docent, bona Ecclesiastica in Wurtembergia imo & alibi ad alios, quam pios, atque præter necessitatis publicæ casum, ad profanos usus applicari posse. Ipsi Principes tempore reformationis & postea satis agnoverunt, Principem æque minus Ecclesiæ ac privato cuivis de suis bonis sine justa causa demere aliquid posse. vid. HORTLEDER von den Ursachen des Deutschen Kriegs. L. V. c. 9. p. 286. SLEIDAN. in commentar. de stat. relig. & reip. Lib. XIII. ad a. 1540. p. 355. in fin. MAURITIUS de secularisat. bon. Ecclesiast. cap. 6. §. 4. THOMASIIUS (qui tamen hac in re cautè legendus) de natur. bonor. secularisat. §. 20. Reverendiss. Dn. Cancellar. Pfaff. in den Academ. Reden über das Protestantische Kirchenrecht. Sect. II. c. 6. §. 27. & præsertim cap. II. §. 2. & m. sqq. jung. Anmerkungen über die wurtenb. grundveste fol. 77. CLAPROTH. in diss. de nat. bonor. secularisat. §. 22. quæ exstat im 3ten Stuck seiner juristisch-philosophisch und Critischen Abhandlungen. p. 305. Faciunt huc quoque, quæ KOELERUS in p. III. der Munz belustigungen 41. St. p. 324. in fine de Duce Wurtembergiæ Johan. Friederico (cujus quod in transitu notamus, Ephorus de Mandlishof p. 322. ibid. nominatus ultimus suæ gentis masculus inter Majores Præsidis maternæ lineæ conuicat,) memorat.

- 9) Potius Ulrico adhuc Duce mox post publicatum INTERIM Augustanum restitui debebant EISENBACH §. 90. mox tamen sub Christophoro Duce recepta. Est mihi inter monumenta familiæ Gmeliniæ, casu ad manus meas delata, fragmentum historiæ abbatum Hirsaugientium, forsitan ex impresso quodam, veruntamen nec e Crusio nec e Befoldo depromptum, ubi ejus, quod circa Hirsaugiense Monasterium intuitu T<sup>o</sup> INTERIM aliorumque huc spectantium accidit, mentio fit: Commemoratio hæc est: Johannes Scultetus Abbas Hirsaugiensis 31. Natione Sævus, natus ex oppido Bietieghem, cum ageret Priorem in Reichenbach, defuncto Abbate antecessore suo huc est vocatus & in Abbatem electus a. 1524. Quo præside Ulricus Dux Wurtenb. a Ducatu per 16. annos quum absuerat, a. 1534. ad Ducatum reuersus Evangelii doctrinam doceri, Papiſticam vero tolli curauit, Monasteria igitur magna Monachorum multitudine cum inhabitaret, cum illis id egit, ut aut Ecclesiæ, docendo Evangelium, inservirent, aut alio



alio locorum se conferrent, aut privati agerent, ubi placeret, ex monasteriis reditibus in victum & amicum aliquam summam pecunie accepturi. Ad has propositas conditiones, cum pars ad ministerium Ecclesie veniret, pars ad alia abiret Monasteria, hinc illinc privatim agerent, & in singulos annos quadragenos thaleros singuli acciperent, Abbas ipse solus in Monasterio mansit, & privatus egit, quingentos aureos ex monasteriis reditibus accipiens. Anno ergo 1548. quo anno sphinx Austriana INTERIM dicta, papisticam doctrinam & religionem antea explosam reducere conata, Abbati omnem quoque potestatem restituit (vid. tamen de hoc BESOLD. in docum. rediv. p. 635) Quo facto Monachos privatim agentes non solum revocans, sed & adolescentes in Monasterium recepit, juxta regulam Benedicti ut agerent, & Monachi serent, & sic doctrina Papistica & Monastica vita rursus locum habere cepit. Quod etsi minime annuente aut approbante Duce Ulrico fieret, nihil etiam, quomodo impedire posset, intermitteret; parum tamen promovit, donec ipso defuncto anno 1550. d. 6. Novembr. Ulrici filius Christophorus Illustrissimus Patri succederet, & Christum ejusque doctrinam restitueret. Is enim a. 1552. d. 24. Januarii oblata confessione Tridentino Concilio cum Abbatibus agere cepit, ut juxta eam omnia sua componerent; praesertim autem scholas olim in Monasteriis usitatas restituerent, & in iis caelestem doctrinam docerent. Proposita igitur forma Scholarum instituendarum ab Illustrissimo Principe & pia & salutari, ad eam scholas institui permiserunt. Instituta autem fuerunt a. 1556. Ad scholam Hirsauigi instituendam M. Henricus Weikersreuter Ecclesiae Galvensis Pastor fuit vocatus, ut ad aliquod saltem tempus huic scholae suam operam daret, quod & factum est, & praesuit scholae a Dominica Reminiscere usque ad festum Martini: Collegam autem habebat M. Sebast. Blossen eodem anno d. 13. Decembr. Abbas Joannes moritur. Ex hac itaque Monasterii Hirsauigiensis historia facile quoque Alpirspacensis circa hanc temporis periodum fata colligi possunt.

- 10) Vid. Dn. STEINHOFER *Wurtemb. Chronic. P. I. p. 408.* Bis hanc restitutionem factam esse meminit BESOLD in *prodr. vindictar. eccles. Wurtemb. in praefat. pag. 3. fin. prim. edit.* Verum potius ter dicere potuisset respectu Catholicorum, post annum enim 1631. illa ab his rursus deferta sed anno 1634. recepta fuerunt.
- 11) Cum historia tricennalis belli respectu patriae nostrae admodum inculca & fere caliginibus obruta jaceat, & hinc etiam minima ad illam nonnihil facientia cimeliorum loco habenda sint, non ingratum fore putavimus, si epistolam communicaverimus, quae quidem nullas res magni momenti continet, artamen de crudelitate victimarum copiarum satis testatur. Dedit has literas M. Wilhelmus Gmelin parochus Gertringensis ad generum M. Georgium Linde Praeceptorem Tubingantum & hujus uxorem. Adjunct. N. I. Proferimus illam duntaxat hanc ob causam, ut si penes plures familias litterae illius temporis historicae superessent, illae vel a corruptione custodirentur vel in commune conferrentur, magna enim quandoque  
 luec



luce ex ejusmodi literis historia patriæ donari posset. Ceterum quod statum patriæ publicum post cladem Nordling. attinet, Principe Argentinam profugo integer ferme Ducatus ab Austriacis occupatus magnaue illius pars ab Imperat. Ferdinando II. & Rege Rom. ejusdem nominis III. in bellicos Austriacorum Duces & Ministros translata est, de quarum particularum restitutione vel impetranda vel confirmanda deinceps in Pace Westph. peculiariter prospiciendum erat. vid. exempli loco de MEIERN *Act. Pac. Westph. Tom. II. p. 790. junct. INSTR. PAC. OSNAB. in præfat. & art. IV. s. 24.*

12) *Wurtenb. Hessische heimsführung, ibi. Bericht von dem Durchlauchtigen Haus Würtemberg. p. 47. sq.*

13) MEIERN *Act. Pac. Tom. III. p. 424. Tom. IV. p. 51.*

14) Quænam hæc fuerint, vide unâ cum tota historia contentions super hac restitutione reciprocatâ ap. MEIERN. *Tom. IV. p. 81. p. 93. p. 121. p. 138. p. 584. junct. p. 539. & 561. p. 823, 849. 925. p. 1013. & ipsum INSTRUM. PAC. OSN. Art. IV. s. 24.*

15) Ut enim evictis juribus Catholicorum restitutionem impediret, edidit a. 1636. *prodromum vindiciar. eccles. librum secundum primam editionem longè rarissimum, cujusque nonnisi duo ectypa in privatorum patriæ nostræ manibus novi.* Eodem anno etiam *documenta monasteriorum rediviva* publici juris fecit, quæ pariter inter rariores libros referenda, nova editio hoc demum seculo utriusque scripti adornata est Viennæ, sed nec hæc quotidiana est ex justissimis causis iterum suppressa. Contra Besoldiana ista prodiit auctore, uti fertur, BIDENBACHIO a. 1645. libellus sub titulo: *Gründlicher Beweis, das die Prælaten und Closter des Herzogthums Würtemberg vor 90. 100. 150. 200. und mehr Jahren zu dem Land und Herzogthum Würtemberg gehörig gewesen &c.* Facit huc etiam aliud scriptum Besoldum suggillans, quod a. 1641. lucem adspexit sub titulo: *An die Röm. Kay. auch zu Hungern und Böhm. Röm. Maj. Aller unterthenigste anzeig und Bitt Anwalds des durchlauchtig Hochgebohrnen Fürsten und Herrn Herrn Eberhards H. z. W. &c. auf ein von den Innhabern deren in Ihrer Fürstl. Gnaden Herzogthum gelegener Clöster und Stiften per sub & obreptionem ausgewürcktes Verschlossenes monitorium oder Befelchs schreiben d. d. 7. Maj. 1649. &c.*

16) Episcopi hujus Hierapolitani & suffraganei Hildesiensis *Ursachen und motiven, warum die in Schwaben restituirte Stift und Clöster Ibro Fürstl. Gnaden zu Würtenb. nicht wieder abzutreten. &c. deprehenduntur in Tom. V. act. Pac. Westph. p. 314.* Vitam ipsius habes ap. de MEIERN *in præfat. ad ejusd. Adami relationem historicam Pacificationis Osnabrugo Monasteriensis. nec non inter vitas legatorum ad pacific. Westphalic. Indici Waltherian. præfixas. p. 50.*

B 2

17) Vid.





- 17) Vid. J. P. O. *art. IV. §. 24.* qui ad caput amnestiæ pertinet, & *Art. V. §. 25.* ubi de restitutione ex capite gravaminum. jung. Exc. Dn. Dr. HOFMANN *in comment. de die decretor. §. 23. p. 32 §. 25. p. 36. §. 26. p. 40. & §. 33. p. 58. & seq.* Auro quoque Cedroque dignissima sunt verba Reverendiss. Dni Cancellarii nostri PFAFFII *in den Academ. Reden über das Protestant. Kirchenrecht. Sect. II. c. V §. 5. p. 340.*
- 18) Id quod factum mediante Pacis executione, de qua videri possunt de MEIERN *Acta Execut. Pac. Westph. duob. Tom. comprehensa.*
- 19) SATTLER *in Topograph. Würtemb. P. II. c. 58. §. 3. p. 277.*

### §. 3.

Statum personarum in Monasterii nostri tractu præcipue distinguunt varia fervorum genera, sive homines proprii diversorum ordinum; Uti enim nec hodie penitus extincta est servitus in Germania 1), ita potissimum ejusdem reliquias 2) penes Monasteria non modo frequentissimas, sed & diversissimas deprehendimus; neque dogma, quasi libertati Christianæ servitus adversaretur 3), a Clericis, uti putant Doctores, stabilitum & inter potiores laxatæ pristinae servitutis causas relatum sibi met ipsi præjudicio esse debere censebat Clerus 4). Servitutem saltim diu post receptam religionem Christianam Clericis damnandam visam non fuisse, partim e frequentia 5) fervorum Ecclesiasticorum eorumque, qui sese cum omnibus bonis atque fortunis ad Altaria tradebant, partim e durissimo illo jugo, cui Slavicæ 6) gentes bello tandem deletæ subigebantur, facile demonstrari posse arbitramur. Admodum etiam dubitamus, utrum, quod multi contendunt, ecclesiastica servitus seculari mitior fuerit? cum enim deprehendamus, quod Dominorum asperitas in oneribus servis imponendis eoque processerit, ut legibus etiam publicis tandem coerceri debuerit 7), Clericorum autem habendi libido numquam minor extiterit, quam Laicorum, atque insuper hi Regum & Imperatorum Leges constitutionesque maturè parum curaverint; facile colligi potest, quod in exactioribus, quibus servos suos onerabant, limites magis excefferint, quam Laici,



Laici. Atque ex hac dominorum avaritia non minus, quam ex pactis tam tacitis quam expressis infinitam illam servilium onerum 8) diversitatem optimè derivari posse penitus arbitramur.

1) Laxatam quidem omnes fatentur. ESTOR in *praefat. ad Grolmann. dissert. de eo, q. j. e. circa mutat. operar. §. 12.* BOEHMER in *dissert. de jur. & stat. hom. propr. in Germ. Sect. III. §. 1.* sublatam cum BARTOLO, ABBATE PANORMITANO, BODINO de *rep. L. 1. C. 5. p. 62.* CONRINGIO in *exercitat. de urbib. Germ. §. 1.* STRYKIO in *l. M. tit. de Stat. hom. §. 1.* LUDEWIGIO in *jur. clientel. Germ. Sect. III. c. 2. §. 2. p. 149.* statuere velle, esset contra rei evidentiam pugnare, uti ex ipsa PACE WESTPH. art. V. §. 37. constat, & per singula secula demonstrarunt POTGIESER de *stat. servor. in Germ. L. 1. c. 3. §. 1. & m. sq.* BOEHMER in *citat. diss. Sect. I. per tot.* THOMASIIUS de *usu pr. distinct. homin. in liber. & servos. c. II. & in dissert. de homin. propr. §. 59 - 81.* Nostri autem Germanici servi a Romanis semper admodum discreparunt & adhuc discrepant vid. J. C. P. *kurzer Entwurf des Leibeigenthumsrecht überhaupt und insonderheit in der Grafschaft Hoya, cap. I. §. 2. sqq.* Neque tamen ex universali quodam jure adjudicari possunt: Homines enim proprii ne in una eademque quidem provincia dominis æquali obstringuntur vinculo; sed magna conditionis eorum diversitas subinde conspicitur, prout leges ipsæ tractuum nonnullorum indicant, uti rectè scribit RICCIUS in *Spicilleg. Jur. German. ad Engav. Elem. L. 1. T. 3. §. 52. p. 125.*

2) Clericos & Ecclesias tenaces admodum servitutis fuisse, vel ex hoc apparet, quod nec alienare mancipium Ecclesiæ, *cap. 3. & 4. x. de rer. permutat.* nec manumittere nisi iis rectoribus, qui Ecclesiæ rem dabant duplæ estimationis, licuerit *cap. 3. x. de reb. ecclæs. non alien.* REIFENSTUEL ad *jus Canon. h. t. n. 45.* Ecclesiastica etiam servitus, quamquam mitissima fuerit intuitu Regum Principumque secularium, cum ab oneribus atque tributis, horum fisco solvendis, homines eximeret, vid. constitutio Pipini inserta *legibus Longobard. Lib. III. Tit. IX. §. 3.* durissima tamen, secus ac GONZALEZ in *Comm. ad Decret. cap. 4. x. de rer. permutat. n. 6. p. 311.* persuadere conatur, respectu Clericorum, quibus serviebatur, ipsorum erat, quam in rem manifesta sunt LEHMANNI & VADIANI testimonia, quorum ILLE ait: *solche Fürden haben FÜRNEMLICH die Geistliche ihren Leibeigenen neben andern Beschwerden aufgeladen, und so streng darob gehalten* *Enc. L. II. Chron. Spir. c. 20. p. 28. & 101.* HIC vero de *colleg. & monaster. Germ. fol. 75. & 78.* *Episcopus & Monachos benignitate a civilibus dominis victos fuisse, cum illos, vel uno religionis nomine admonitos, ne oblatam sibi hanc ipsam servitutis miseriam tam dure tractare decuisset; si modo veram magis quam simulatam religionem profiteri voluissent.*





3) LUDEWIG *ad Aur. Bull. Part. II. tit. 24. §. 15. p. 422.* GUNDLINGIAN. *P. X. obf. 3. §. 10.* Id quod confirmare videntur REPKOV. *in Specul. Saxon. L. III. art. 42.* & GRIMMENSTEIN. *in Spec. Suer. cap. 52.* Religiosum proinde etiam visum servos libertate donare, id quod laxatam admodum servitutem reddidit: nihilominus tamen jam sub Francis Regibus mos invaluit, servos non præcise pietatis sed & hilaritatis & publicæ lætitiæ causa per universum regnum secundum certum numerum libertate donare, quam in rem formula prodita est apud MARCULFUM *L. 1. c. 39.* ita se habens: *jubemus, ut per omnes villas nostras, que in cuncto regno nostro aliorum domesticorum subsunt actionibus, tres homines servientes in utroque sexu in unaquaque villa ex nostra indulgentia per vestras epistolas ingenuos relaxare faciatis.*

4) Securari forsan exemplum Apostoli Pauli erant Clerici, de quo ipso constat, quod servitutem non reprobaverit, cum, Onesimum Philemonis servum illa eripere quamvis forsan potuisset, neutiquam annis fuerit. *cap. un. Epist. ad Philem.* verum reverti ipsum profugum ad Dominum jubebat. *Dn. Cancell. PFAFF. in Orat. de Chirograph. Apost. Paul. Philemon. Ec. p. 4.* Imo primis temporibus Christianismo adeo non adversari censebatur servitus, ut potius EUSTATHIUS, quem male Eustachium nominat de BALTHASAR in *diff. de manumiss. servor. §. 4.* in Concilio Gangrensi inter alia & hanc ob causam hæresi maculatus habitus fuerit, quoniam de servitute abroganda cogitaverat, vel quia aut ipse aut discipuli ipsius docuerant, servos prætextu pietatis impune dominis sese subtrahere, atque in libertatem vindicare posse. *COLETUS Tom. II. Concilior. p. 421. sqq.* FLEURY *in der Kirchenhistorie Tom. III. vers. Germ. p. 378. §. 329.* B. PERTSCH. *in der Kirchenhistorie. Secul. IV. P. II. cap. 12. §. 30. p. 403.* Merito igitur dubitari potest, num præcise causa fere abrogatæ in Germania servitutis Cleri dogmatis adscribenda, & annon potius in arcanis Monarchiarum & aliis quærenda sit frequentatarum maxime inter privatos manumissionum ratio, ipsi enim Imperatores, uti exemplo Constantini M. in *L. 1. C. Theod. de servis* jamjam doceri potest, sub specie operis misericordiæ illas commendarunt, easque, ut tamquam publicum illius testimonium pluribusque invitandis inservirent, die dominico in ipsis Ecclesiis celebrari voluerunt: novimus quidem, quod & Gelasius Papa (de quo vid. BOWER *in der unpartbeyischen Historie der Röm. Päbste. Tom. III. §. 78.*) manumissiones sub velo religionis commendaverit vid. GUNDLINGIAN. *P. X. obf. 3. §. 10.* Id tamen duntaxat in gratiam Imperii civilis, neutiquam autem ut Clericis præjudicio esset, docuisse videtur, vel saltem Clerici hæc dogmata ad se pertinere negabant; quamquam enim, uti è MARCULFI *formulis* passim & CONRINGIO *de urbib. Germ. §. 79. sq.* discimus, etiam Clerici nonnumquam servos suos libertate donabant, tamen id partim nonnisi parce & ita factum ut per modum meri glaucomatis plerumque ejusmodi manumissiones, uti è loco VADIANI supra citato apparet, susciperent, præsertim cum liberis suis ne quidem a prædiis discedere permitterent, quam in rem vid. testimo-

nium



nium MABILLONII *de re diplom. L. VI. n. 62.* partim sequentibus saltem temporibus a Laicis servos magno admodum numero in servitutem recipere non fastidierunt. SCHILTER. *Ex. 3. ad ff. §. 1. Diplom. Ottonis M. de a. 937.* quo integræ familiæ servorum, Slavorum & Litorum Archiepiscopatus Magdeburgensi donatæ, jung. SAGITTARIUS in *Antiq. Archiepisc. Magdeb. §. 45. & 49.* DN. de GUIDENUS in *Cod. diplom. Tom. I. p. 387. & 393.* Facit huc quoque ipsum diploma fundationis Monasterii Alpirspacensis ap. BESOLD. & BOEHMER *de jur. & stat. homin. propr. Sect. I. §. 6. p. 12.* ESTOR in *den kleinen deutsch. Schriften P. V. c. 4. §. 28. p. 132.*

- 5) BOEHMER *d. Sect. I. §. 12.* ESTOR. *cit. loc. p. 115.* Planè eo tandem devenit, ut nisi Clericis Principibus & Dynastis fere nemini superessent amplius servi, unde singularis ille locus *Speculatoris Saxonicæ in cap. LX. Niemand mag eigen Leut gehalten, dann Gottshausen und Fürsten und freyen.* quod enim ab initio consuetudine frequentabatur, ut scilicet privati servis in gratiam Ecclesiarum sese suis abdicarent, tandem in jus commutarum est, quasi his servos habere non competeret. Facit huc quoque inter omnes potissimum Auberti MIRÆI *Codex piarum donationum Belgicarum.*
- 6) Non quasi omnis hodierna servitus e Slavorum dissipatione, quod GOEBELIO *in diss. de singular. præd. rustic. Brunsv. p. 48.* placuisse videtur, petenda esset, jung. Abrah. KAESTNER *de jur. colonar. th. §. HAUSCHILD de præsumt. pro libert. natural. in caus. rustic. §. 12. not. 2. p. 69. & §. 30. not. 2. p. 122.* Contrarium enim solide ostendit Frid. Carl. BURT in *Erlauterten Lehnrecht IV. Fortsz. p. 711.* REINECCIUS *de rustico quondam servo §. 84.* Sed Slavorum mentionem facimus, quoniam exploratum est, vid. diploma Ludovici Germ. ap. P. PEZ *in Tom. I. anecdotor. Part. III. p. 16.* Henrici II. Imp. ap. LEUKFELD. *in antiq. Pælden. append. III. eosdem non obstante Christianismo, tum dudum in Germania stabilito, servituti, maxime sub Henrico Leone & Alberto Urso, fuisse subjugatos conjunctæ cum dispersione & diversæ proin ab illò servitio, cui subsuisse dicuntur, cum propriis adhuc relinquerentur sedibus.* ANNAL. FULDENS. *ad a. 877.* POTGESER *de stat. servor. L. I. c. 2. §. 109. sq.* Jo. Paul. REINHARD. *in comm. de stat. provinciar. Germ. Slavic. post obit. Ludov. German. jung. HELMOLD in Chron. Slavor. L. 2. c. 5. n. 2.*
- 7) Colligitur e *Lege BAIUVARIOR. Tit. I. c. 14. n. 1. pag. ap. GEORGISCH. 262. & Tit. I. c. 14. jung. CAPITULAR. Reg. Francor. Lib. V. cap. 303. p. 1483. ap. eund.* Idem, quod Legibus dispositum, nonniamquam etiam per transactiones obtentum. v. Perillustr. Dn. de SENKENBERG, *in Tom. II. Selector. jur. & histor. pag. 340.* quod & docet ineditum documentum compositionis factæ inter communitatem Wellendingensem (quam hodie tenent Liberi Barones de Freyberg Præsides), ex quo ipsi olim a Consiliis erat, gratiosè adhuc protegentes, quamque tum temporis





ris nonnisi homines proprios complexam esse, vox *arme lit* ianuit,)! & *Hansen dem Pfuser*, infra annexum. N. 2.

- 8) Quæ omnem expectationem quandoque superant, & sæpe non minus ludica sunt, quam feudorum servitia nonnumquam esse solent secundum WEBER. in diss. *de servitiis feudorum ludicris*. Ita enim ancilla v. g. Monasterii Laureacensis matrimonium celebratura Monasterio quondam offerre tenebatur sartagine *eine pfanne*, secundum verba documentorum, *darinn sie mit dem geses sitzen oder mit beeden füssen stehen mag* &c. TACITI jamjam tempore servorum onera & præstationes in variis consistebant. *de Mor. Germ. c. 25.*

#### §. 4.

Progredimur jam ad rem ipsam. Servitus 1), quæ potiore & ferè non unicum partem jurium e statu fluentium Alpirspaci vigentium constituit, ita comparata est, ut universalis atque localis 2) esse videatur, cum omnes illi, qui in locis, ad Monasterium hocce spectantibus, habitant, mortuarium 3) Monasterio relinquere teneantur; nihilominus tamen nollemus è solo hoc mortuarii onere argumentum ad servitutem ducere universalem localemve, non modo, quia dudum evicerunt Germanicarum antiquitatum periti, variis ex causis mortuarium deberi, atque idem a liberis etiam personis 4) exigi solere; verum etiam quia ipsa Alpirspacensis documenta diserte distinguunt inter servos liberasque personas, licet utriusque classis oneri memorato subjiciant, quando ibi dicitur: *von einer jeden Mansperson in diesen Orten gefessen, sie habe oder besize vor Güter, was sie vor wolle, und seye dem Closter Alpirspach mit Leib verwandt oder nicht, wann die mit Tod ist abgangen, gefallt von jeder Person das beste Hauptvieh, so sie in Zeit ihres Absterbens verlassen.* Ex his enim verbis manifestum est, distinctionem hominum in liberos & servos etiam a plebejis ibi habitantibus non fuisse alienam, neque localem & omnimodam ibi vigere servitutem. Confirmatur id admodum ex eo, quod & aliorum dominorum homines proprii in hisce terris subinde sint recepti, & mortuario redditi obnoxii, quod tamen fieri haud potuisse, si servitutis istud fuisset nota, nemo non videt. Mallemus igitur, si non ad antiquissima Ger-



Germaniæ tempora recurrere volumus, mortuarium hoc juri-  
 bus consuetudine introductis accensere, quam ex servitute  
 sola natis derivare, ita nimirum, ut, cum ab initio in hisce  
 districtibus non essent nisi servi hac præstatione onusti,  
 deinceps nullus liber sine hoc onere receptus, atque idem tan-  
 dem ad omnes extensum fuerit: ex hoc ipso autem, quia con-  
 suetudine duntaxat liberis personis impositum est hoc onus,  
 contigit, ut non in omnibus ad Monasterium nostrum perti-  
 nentibus locis æque pedem fixerit, ita enim in statutis v. g.  
*vici Oberisingen legimus, welcher zu Oberisingen geseßen,  
 und der Herrschaft Alpirspach mit Leibeigenschaft mit verwandt,  
 wann der mit Tod ist abgangen, hat man von Alters (wo der  
 nit fahlbare Güter verlassen:) von desselben Person wegen be-  
 meldter Herrschaft, keinen Fahl geben; welche aber des Closters  
 leibeigen, es seyen Mans- oder Frauen-Personen, und daselbst zu  
 Oberisingen mit Tod abgangen, die werden mit dem Hauptrecht  
 und Fällén gehalten wie die Usländische nemlich nach ihrem Ab-  
 sterben das best Hauptvieh.* Idem etiam in ipso vico Alpirspach  
 obtinet. Certum est igitur, localem servitutem §) in ditio-  
 nibus Alpirspacensibus vere talem non vigere, quamquam ex-  
 ploratum sit, omnes ibi habitantes, nisi immunitas præcise  
 doceri queat, mortuario præstando adstringi. Hoc tamen  
 silentio præterire non possumus, quod in Dynastia Losburg  
 species quædam Albinagii, adeoque, cum Albini 6) annu-  
 merari certo modo soleant servis, servitutis localis obtineat,  
 legimus enim in urbario, *komme ein Fremder gen Losburg, und  
 stirbe daselbst, den fahlet man nach dem Besten, das er hat.*

1) Sub servis nos heic intelligere homines proprios varii generis expeditum  
 est; neque enim in tritam illam controversiam exspatiari lubet, utrum  
 homines proprii recte dicantur servi, vel cujusnam conditionis in republ.  
 personis illi sint comparandi? cum post HUSANUM, STAMMIUM,  
 ERHARDTUM, LAUTERBACHIUM, HERTIUM, THOMASIIUM,  
 MEVIUM, COCCEJUM, ESTOREM, POTGIESERUM, aliosque a di-  
 versis partibus stantes nihil supersit, quod uni alterive hypotheli, utut  
 admodum inter sese discrepanti, addere, etiamsi velles, posses. Nostram  
 sententiam jam exposuimus in not. 1. ad s. 3. adeo ut illos existimemus  
 servos Germanicos, desit enim Seculo XII. dura mancipiorum denomi-  
 natio & successit hominum propriorum appellatio aiente chronico GOTT-  
 WICENS. p. 126. sed tales, ut ne v. g. Wurtembergici quidem ad normam  
 genera-





generalis alicujus Wurtembergici, nedum universalis Germanici, sed unice ex statutis & urbaniis locorum singulorum in subsidium vero e dictaminibus juris nat. adjudicandi sint. B. D. D. G. F. HARPPRECHT *in Vol. VII. Conf. Tub. II. n. 37. & m. 199.* Unde facile patet, jus v. g. Colonaarium, quod in terra Monasteriensis, Osnabrugensi, Ravensbergenfi, Lippiaea, Hassiaca &c. de hominibus propriis prædicatur vid. LUDOLF. P. II. *obf. for. 148 - 159.* in Alpispacenses vel ex hoc solo non indistincte cadere, quia non omnes horum prædia possident.

- 2) Quid sit localis servitus, ubi scilicet aer servos efficere dicitur, inter omnes constat. HERTIUS *L. II. paræm. jur. Germ. 12. p. 608.* Obtinet multis in locis, ut ad prædia nemo admittatur, nisi cum libertatis jactura, quod pariter suo modo ad localem servitutem referri potest. *Ravensberg. Leibeigenthums Ordnung. cap. I. §. 12.* J. C. P. *Kurzer Entwurf des Leibeigenthumsrechts in der Grafschaft Hoya. cap. II. §. 7. sq.* LUDOLF. *Tom. II. obf. for. 156. p. 294.* ESTOR. *Kleine Schrift. P. V. p. 132.* Exemplum hujus servitutis in Wurtembergia, quæ viget in oppido **Beinstein** habet POTGIESER *L. I. c. 1. §. 18.* cui addimus vicum **Rohr** in præfectura Herimontana. Alpispaci autem ne hac quidem ratione obtinet localis servitus, cum plures effectus è servitute fluant, quam solum mortuarium, qui vero heic cessant.
- 3) Mortuarium ut definiamus post F. C. HARPPRECHTUM *de jur. mortuar. cap. II. §. 3.* KRESS. *in diff. repetit. de jur. hagenstolz. §. 22.* HEINECC. *in Elem. Jur. Germ. L. I. §. 45.* POTGIESER. *L. II. c. 11. §. 16.* nemo a nobis postulabit; Synonymicis ejus denominationibus apud *cit. auctores* & SCHOTTEL. *de singul. in Germ. jurib. c. 2.* nec non BESOLD. *in thesaur. pract. voce Hauptfall* obviis jungimus *Heuprecht* & SENKENBERGII *Select. Tom. VI. p. 180. & relevium* & DU FRESNE *b. v.* Dividi in reale personale & mixtum sive locale, prædiale & personale, notum est; utrumque in nostra tractatione obvium, heic vero de mixto magis, quam de merè personali, sermo est.
- 4) Demonstrantibus id chærtis ap. DN. de GUDENIUS *in Codic. Diplom. Tom. I. p. 816. Tom. II. p. 678.* & passim. Ita in Austriacis Suevix terris admodum frequens est, ut liberi homines mortuario in pecunia præstando sint obnoxii. Magnif. Dn. D. SCHOEPE. *decif. 112. n. 1.* de universa pene Germania superiori idem affirmant B. F. C. HARPPRECHT *in vol. nov. Conf. 4. n. 788.* & *Tractat. Acad. de succession. p. 1002.* & Ge. Frid. HARPPRECHT *vol. VII. Conf. 3. n. 6. 199.* Potissimum autem hanc in rem evolvi meretur, RICCIUS *in Spicileg. jur. Germ. ad Engau. L. I. Tit. 3. §. 39. p. 103. 199.* Videtur autem a servis ad liberos & ab his ad liberos homines extensa fuisse mortuarii solutio, & quidem iis temporibus, quibus per frequentes manumissiones planè aliud genus liberorum hominum natum est in Germania ac olim extitit; veri enim liberi sive ingenui inter Germanos veteres præter realia quandoque onera nihil præstabant, sed servi  
soli



foli personalibus præstationibus obnoxii erant. Dn. de MONTESQUIOU *Esprit. des Loix. L. 30. c. 12. pag. versf. German. 1021. §qq. & cap. 15. p. 1030.* GREGOR. TURONENS. *Libr. VII. cap. 15.* POETA SAXO ad *p. 803.* ap. LEIBNIT. *rer. Brunsvic. Tom. I.* BALUZ. *Capitular. Tom. I. p. 462. & 550.* Postquam vero servi opificiorum causa gregatim in civitates translati & tandem ad libertatem eveci fuerunt, probante post Heineccium BUDERO *de oper. Burgens. §. 16. & §. 20.* Multæ tamen pristinæ servitutis reliquiæ, & inter has quandoque etiam mortuaria supererant.

- 5) Quoniam plures effectus, quam nudum mortuarium, ad veram requiruntur servitorem. ESTOR. *in den kl. Schrift. P. V. stes st. cap. 4.*
- 6) Albinagium cum servitute conjunctum fuisse dicit POTGIESER *L. I. c. 1. §. 16.* & Albinos servis annumeratos ait IDEM *L. I. c. 4. §. 12.* FRANKENSTEIN. *de usu albinag. in Germ. §. 1.* Unde peregrini multis in locis ea præstabant, quæ servi, atque census annuos Principibus pendere tenebantur, & mortui saltim fuerunt ut servi. LUDEWIG *in diurn. Halens. Tom. II. St. 85. p. 425.* Hinc etiam Judæi olim in servorum classem relati. Exc. Dn. D. HOFMANN. *de advoc. Imper. Judaic. Sect. III. §. 12. §qq.* quod HOMMEL *de us. hod. division. homin. in civ. & peregr. §. 9. p. 26.* non observasse videtur.

§. 5.

Verum instas, si non omnes ad mortuarium relinquentium obstricti servorum in classeprehenduntur, in quonam igitur consistit differentia hominum liberorum & servorum Alpirspacensium? Patebit vero hæc differentia partim ex effectibus infra explicandis 1), partim, si verum fateri volumus, nobis videntur illi, qui servili conditione notati erant, (nisi pro arbitrio supponere velis, nullum fuisse servum nisi cum prædio) ad duplex mortuarium, si in districtu Alpirspacensi domicilium constitutum habebant, obstricti; alterum 2) locale, alterum personale; liberi vero duntaxat ad simplex, nimirum ad locale, domino pendendum obligati fuisse. Inferunt hoc manifesta urbarii verba, quod, postquam ab initio de illis loquitur, *welche zu Alpirspach gefessen, und seyen dem Closter mit Leib verwandt oder nicht*, & simul facit, *dass, wann die mit Tod abgangen, der Herrschaft Alpirspach von jeder Mannsperson das beste Haupt gefalle*; deinceps immediate disponit,



nit, quid intuitu eorum juris sit, *die mit Leibeigenschaft zuge-  
than*, & sequentem in modum loquitur: *und über solchen Fall,  
so Mannspersonen, daselbst gefessen, dem Closter Alpirspach mit  
Leibeigenschaft zugethan, mit Tod ist abgangen, ist man auch den  
Leibfall, wie von Usgefessenen Leuten schuldig*. Manifestum  
est ergo ex comparatione binorum horum passuum I. Prius  
mortuarium nempe locale communiter omnibus, sive homi-  
nes proprii sive liberi sint, imperari; posterius vero nimirum  
personale, solis servis incumbere. II. Posterius seu personale  
simul cum primo seu locali esse solvendum; dicitur enim *über  
solchen Fall i. e. præter, una, cum, juxta &c.* nec non *ist man  
auch*, quæ vocula *auch* præcedens quid separatim existens sup-  
ponit. III. Prius mortuarium capi non intuitu servitutis sed  
domicilii tantum; posterius vero ratione solius servitutis; sed  
adeoque utrumque ceu è diverso fonte fluens omnino potest  
esse conjunctum 4). Interim hodie, nisi concurrat mortua-  
rium reale (*Güterfall*) vel nisi Pelagianus aut ab alio Mona-  
sterio huc transcriptus homo proprius, de quibus deinceps,  
moriatur, ignoratur mortuarium duplex; neque tamen pro  
explicando urbario ad Pelagianos confugere possumus, cum  
ex ipsa Monasterii fundatione certo constat, mancipia ipsi fuisse,  
antequam Pelagiani existere potuerunt. Utrum vero facultas  
duplex hoc mortuarium exigendi per manumissionem extin-  
ctum, an vero negligentia & injuria temporum amissum sit?  
certo definire haud valemus. Id unicum adhuc addimus, me-  
moratum duplex mortuarium ejusdem videri indolis; quam-  
quam enim Liber consuetudinum Alpirspacensium una vice  
loquatur de mortuario *Hauptfall*; altera autem de mortuario  
*Leibfall*; & illud plerumque in optimo jumento, vel veste,  
hoc autem in portione bonorum adarata consistat, atque  
utrumque subinde in eodem subjecto locum habeat, uti Præses  
amplissimam in terris Suevico-Austriacis 5) Alpirspaco vicinis  
observandi occasionem habuit, cum Illustrissimo atque Excellen-  
tissimo Dno Comiti de Ulm adhuc esset a consiliis; ramen  
heic & *Hauptfall* & *Leibfall* non consistunt nisi in optimo ju-  
mento; ait enim urbarium *daß man den Leibfall schuldig wie  
von*



von ausgefessenen Leuten, jam vero hi foris habitantes homines proprii secundum dictum librum pariter tantum debent optimum caput. Plura tamen de hoc proxime dicemus.

- 1) Vid infra §. 9.
- 2) Differt hoc locale a personali hac ratione, ut illud præcisè domicilii constitutionem supponat in districtu Alpirspacensi, & pendendum sit etiam ab eo, qui non est servus; personale vero etiam a foris habitanti von usgefessenen Leuten relinquendum est, sed nonnisi simul servus; differt autem etiam a reali, quoniam hoc supponit prædium a domino vel mediate vel immediate acceptum; cum locale nonnisi domicilium constitutum requirat; patet autem exinde, proprius ad personale accedere, quam ad reale. Localis autem hujus mortuarii vestigia passim in jure Germanico aliàs quoque deprehenduntur. Vid. LEHMANN in *Chronic. Spirens. L. IV. cap. 22. pag. 309. 311.* LUDEWIG. *reliq. msior. omn. av. Tom. II. p. 183.* LEHRFELD in *antiq. Gröningenf. cap. 8. §. 4.* SCHOTTEL. *de singular. in Germ. jurib. cap. 2. & 7.* & ibi GERIKEN ad §. 19. ejusd. cap. 2.
- 3) STRAUCH. in *lexic. particul. jur. sub hisce vocabul. ZEPPER. in Cynosur. leg. c. XV.*
- 4) Arg. L. 2. §. 1. ff. de privat. delict. jung. B. D. FROMMANN de *election. utilior. action. ib. 9.*
- 5) Plerumque in his terris mortuo homine proprio capitur pro diversitate sexus vel optimum jumentum vel optima vestis vor den Hauptfall & de singulis centenis florenis vel libra Hallerer, vel florenus unus quamquam nec heic voces Hauptfall & Leibfall accuratè semper distinguuntur. v. Dn. Dr. SCHOEPE. *loc. supra cit. & G. F. HARPPRECHT vol. VII. Conf. Tub. 3. n. 1.*

## §. 6.

Hodienum igitur servi & liberi Alpirspacenses ita nullo discrimine aguntur, ut & ab his & ab illis unicum duntaxat (nisi ad altaria dediti, vel huc translati 1) sint vel prædia teneant) domino relinquatur mortuarium. Illud autem, quod a liberis hominibus 2) hodiernum debetur, magis clientelæ & defensionis 3) quam servitutis causa, occasione tamen a servis desumpta, imperatum ab initio statim esse putamus, eo quo sapius ita injunctum fuisse hoc onus Jcti observant



modo. Verum cum supra dictum sit, quandoque etiam alienos 4) homines proprios receptos fuisse in districtus Alpirspacenses, & facile intelligatur, propterea domino jus, si quod habebat, mortuarium capiendi non interverti, Monasterio autem suum quoque ex causa domicilii deberi; quæstio oritur, si forte contigerit, ut æqualis pretii jumenta post mortem non supersint, nec tantum in bonis existat, ut æstimatio capitis optimi utriusque dominorum præstari possit, cuius primæ tunc debeantur partes; utrum monasterio, an vero domino? In hac quæstione decidenda ante omnia quidem attendendum esse arbitramur, quid observantia hac in re dictit? deinceps non negligendum erit, ad id animadvertere, qualem prerogativam ille dominus monasterio in simili casu concedat: his vero deficientibus Monasterium domino præferendum esse, nulli dubitamus; tum quia homo proprius, quem dominus alibi degere sinit, præscriptione 6) plane amitti potest; tum quia mortuarium illud, quod monasterio ab alieno servo propter domicilii constitutionem debetur, uti diximus, defensionis & clientelæ hæctenus præstitæ ergo exigitur, ubi proinde filci quamdam & eandem rationem habet, qua tributa & collectæ gaudent; adeoque jure domini merito potius 7) censetur jus Monasterii, quamquam hic casus hodie vix occurret. Quæritur hæc etiam non præter rem, utrum mortuario, quod ab omnibus Alpirspaci degentibus pendendum diximus, etiam officiales ibi degentes subdere colla teneantur? cui affirmandæ sequentes sufficere videntur rationes: I. urbarium nullo discrimine facto ibi habitantes omnes illi oneri subjicit. II. Eadem protectione fruuntur officiales, quæ & reliqui defenduntur, & III. obligatio mortuaria hæc præstandi è territoriali jurisdictione derivanda videtur, cui officiales non minus subsunt quam alii. Interim longe potiores censemus illas rationes, quæ negativam tuentur partem; primo enim officiales ubique locorum participes quidem sunt commodorum civilium, verum non subsunt oneribus nisi realibus 8), hoc autem mortuarium magis personale est, quam reale; deinceps officiales forum non sortiuntur in loco officii, etiam si



etiamsi domicilium tibi fixerint, neque statutis loci subsunt 9); gaudent etiam privilegio domini 10); porro in loco officii sui causa non commorantur, sed ut domini commodum promoveant, unde nec hoc respectu officium ipsis damnosum esse debet, ulterius notum est, quod & in iis locis, ubi aer servos facit, semper excipiatur parochus, etiam inter Protestantes, penes quos tamen ratio duplicis reip. cessat, unde justum etiam ad officialem necesse potest argumentum; insuper protectio, qua officialis fruatur, domini causam 11) potissimum respicit, quippe cujus commodis miserrime prospectum foret, nisi illa fruerentur, imo nisi peculiari quadam sanctitate muniti essent; & denique territoriali jurisdictioni quidem subsunt officiales aequae ac alii; verum mortuarii obligatio neutiquam ex illa 12), sed ex pactis, consuetudine, moribus & observantia ortum suum trahit. Quae vero haec in utramque partem disputavimus, non nisi exercitii causa penitus discussimus, constans enim & universalis obtinet in Germania, & sic quoque in hoc Ducatu, consuetudo, ut officiales a locali mortuario sint immunes; aliud autem dicendum est de mortuario reali, quando scilicet praedia possident huic obnoxia, vel personali, quando v. g. ipsi sunt homines proprii, utrumque enim iustissime etiam ipsis solet imperari.

1) Majoris convenientiae & facillioris administrationis causa Iusti Serenissimi nonnulli aliorum Monasteriorum proprii homines huc sunt transcripti & Alpirspacensi Monasterio cessi ea ratione, qua cessio servorum eorumque vel respectiva vel absoluta alienatio dominis semper fuit integra. vid. Charta ap. de GUDENUS Tom. I. Cod. diplom. p. 393. sive cum fundis. IDEM p. 701. sive absque illis POTGIESER L. II. c. 4. §. 7. jung. BOEHMER de jur. & stat. hom. propr. in Germ. Sect. III. §. II. p. 55. Estor in P. V. der kl. Schrift. §. 34. p. 133.

2) Difficile videtur explicatum, qua ratione homines liberi, maxime praedia non possidentes, mortuario redditi sint obnoxii; sive enim hujus fundamentum quaras cum SENKENBERGIO in prim. lin. jur. feud. proleg. §. 16. in usufructu, sive cum SCHOTTELIO cap. 2. §. 4. p. 38. & §. 8. p. 43. & FAUSTIO pro arar. Ordinat. 1335. Class. XVII. p. 731. in compensatione neglectorum servitorum, sive cum POTGIESERO L. II. c. XI. §. 22. in jure dominorum veteri in servorum bona; neutrum tamen horum in liberos homines cadit, opus est igitur, ad id confugiamus, quod supra diximus, ad



ad imitationem servorum & ab initio inter libertos maximè fuisse introductum potissimum clientelæ causâ.

- 3) Ex hac causâ idem etiam advocatis atque protectoribus Ecclesiarum solvi consuevit *F. C. HARPPRECHT. de jur. mortuar. c. III. n. 54.* quod conventionem, consuetudinem ut & nonnumquam usurpationem contigisse notat *POTGIESER L. II. c. 11. §. 27.* Unde nobis persuasissimum est, jus mortuarii in Germania nequam ex una eademque universali causâ derivari posse, sed e compluribus, iisque a se invicem sepe differentibus, promanasse fontibus, omnium vero minime originem illius in iure testamenta condendi l. eadem prohibendi cum *HEINECCIO in Elem. Jur. Germ. L. I. §. 43.* unice querere vellemus, cum mortuarium longè antiquius sit, quam testamentorum usus fatis inter plebejos in Germania *KOPP. de testam. german. §. 3.* Pertinet, quantum quidem nos perspicimus, haud raro etiam ad diversas illas tributorum species, quæ ante introductas collectas hodie usuratas, domini a subditis accipiebant quandoque volentibus, si verè erant collectæ. *STRUBE in den Nebenstunden P. II. Abhandl. 9. §. 2. seqq.* vel & ab invidis, si erant præstationes e conventionem solvendæ, quo & mortuarium nonnumquam spectabat *OCKEL d. præscript. immemor. c. V. th. 12. jung.* *STRUBE de jur. Villicor. c. 6. §. 1. seqq.* Jungant. *LEGES Malcolmi II. Regis Scotorum Tit. I.* ubi hæc leguntur: *Dominus Rex Malcolmus dedit & distribuit totam terram regni Scotia hominibus suis, & nil retinuit nisi &c. & ibi omnes Barones concesserunt wardam, & relevium de herede ejusque Baronis defuncti, ad sustentationem Regis.*
- 4) Frequentius id in Germania contigisse, inter alia exinde manifestum est, quia sæpissimè aliis ac dominis jurisdictionis in proprios homines competiit, & adhuc, comperit, unde nonnumquam duobus dominis jurant, domino territorii *dem Lands- oder Gerichtsherrn* & domino corporis *ihrem Halsherrn*, quamquam diverso respectu. *GILMANN. Symphor. Libr. I. decis. 46. n. 154.* *ACTA LINDAV. oder gründl. Ausführung die ohnversehens abgelöste und der Erzherzogin Claudia cedirte Reichspfandschaft betreffend. p. 838. & 846.* *ESTOR. in kl. Schr. P. V. p. 146.* adeo ut nihil commune habeat jus mancipii sive proprietatis corporis cum jurisdictione, *FRIDER. de mandat. Libr. 2. c. 46. n. 6.* & ne olim quidem hæc dominis in mancipia sua competierit. *HEINECCIO* monente *de orig. jurisdict. patrim. §. 17.* nisi sigillatim eandem impetrasset. *BURT im Erlautert. Lehenrecht. 4. St. p. 719.* Effectus exinde fluentes v. ap. *LUDOLF. P. II. obs. for. 105. §. 1.*
- 5) Partim enim quandoque consultum est, ut idem jus & huic concedatur domino, partim jure retorsionis adversus eumdem uno alterove casu procedi potest; suppositis nimirum iis, quæ tradunt *BARDILI de retors. jur. concl. 19. & 20.* *STRTK. de retors. jur. cap. 2.* *ALEF de legum retors. §. 15. seqq.* *BAUER de vero fundam. quo int. civitat. jus retors. nitit. §. 4.*
- 6) De varia præscriptione hominum propriorum, vel ab alio domino vel ab homine proprio ipsò perficienda, optimè egit *RICCIUS in Specim. jur. Germ. de præscript. cap. XVII. tot. jung. IDEM ad Engau. §. 49. p. 117.*
- 7) Quæ



- 7) Quæ enim ob clientelam debentur, etiam ex hac causa merito præferenda sunt, quia, hæc non præstita, nec servus nec bona, adeoque nec domino jus capiendi mortuarium, salva fuissent & integra; unde & iis, quæ in concursu fisci causa privilegio prælationis fruuntur, accenseri solent *dic defensions Gelder, defensions Steuer.* MULLER *ad Struv. Ex. 44. ad ff. th. 47. not. v.*
- 8) KRESS. *de jur. officior. & official. cap. IV. §. 4. not. 1.* officialis enim subditus quidem est, sed nec civis propriè nec incola F. C. HARPPRECHT. *Vol. nov. Conf. 26. n. 56.*
- 9) Officialis inde non iudicandus est secundum statuta loci, sed secundum jura provinciæ communia. STRYK *de for. ministr. princip. cap. 1. §. 16. & 22. seqq. cap. 2. §. 6.* LETSER *sp. 79. ad. ff. med. 1. & 2. spec. 421. med. 7.*
- 10) MTLER *ab Ehrenb. in hyparchol. cap. IX. §. 2.*
- 11) Etenim Principem suum officiales certo modo repræsentant. *L. un. C. de offic. pref. prat. MTLER ab Ehrenb. cap. 10. §. 14. n. 24.* F. C. HARPPRECHT *Conf. Tub. 30. n. 217.* Unde defensione fruuntur, ut per ipsorum ab omni violatione immunitatem ipsa quoque Principis sanctitas conservetur. KRESS. *cit. diff. c. IV. §. 8.*
- 12) Si enim jurisdictio territorialis causa foret mortuarii, omnes v. g. Wurtembergici subditi eodem obstringerentur, quod est contra experientiam. Neque respectu officialium ulterius obverti potest, quicumque in illo loco, ubi viget mortuarium locale, domicilium constituit, ille etiam per pactum saltim tacitum mortuario se adstringit. A. Officialis. Ergo. Regerimus enim, abstrahendo ab eo, quod officiali in loco officii domicilium non facile adscribatur. LAUTERBACH. *de domicil. th. 28.* officiales ante officium susceptum extraneos esse & peregrinos, quibus statuta & consuetudines ignorare omnino licet. *arg. L. f. ff. de decret. ab ord. fac.* Quando igitur Princeps ex statuto eundem vel ex consuetudine particulari obligatum vult ceu talem, qui factio in statutum consensit, probandum erit, quod ipse in contractu, quo mediante officium suscepit, extraordinarii hujus & a jure communi sejuncti oneris factus fuerit certior; alias enim contra Principem tamquam contra eum, qui singularem e tali conventionem quærit utilitatem, facienda esset interpretatio. BOEHMER *de interpret. contr. eum faciend. qui clar. loq. debuiss. §. 27. p. 30.* Qui vero mortuario subest, antequam officium nanciscitur, per hoc ab illo non fit immunis, unde si contingeret, ut officialis crearetur, domicilium Alpispaci qui jam ante constituit, ex quo ad mortuarium locale pendendum teneretur, non foret ab eo immunis, nisi ex gratia remittere vellet Princeps.



## §. 7.

Ex iis, quæ hætenus dicta sunt, facile vel nobis non monentibus colligitur, diversas in classes dispesci posse homines proprios penes Monasterium Alpirspacense occurrentes: circa eosdem vero rem non ingrati operis suscepturos nos arbitramur, si de omnibus sigillatim dispiciamus, & illa suppeditemus, quæ de statu & conditione eorundem investigari a nobis potuerunt: Age igitur! ad id pedem promovere liceat. Testantibus itaque actis penes hoc Monasterium, obvia sunt quatuor potissimum genera servorum, I. homines proprii nullo peculiari nomine insigniti sub denominatione generali, *derer die dem Closter mit Leibeigenschaft zugewandt*: neque putandum, hos sub illis latere, qui ad altaria dediti sunt; nam de his diserte dicitur, *die werden nicht gehalten, wie andere leibeigene Leute*. II. Pelagiani seu dediti ad altare hujus sive Sancti sive Sanctæ. III. Lombacenses aut ad altare S. Johannes dediti, qui etiam vocantur *Zinser*, & IV. Cessi ab aliis monasteriis, qui quidem, dum jura sua originaria retinent, neque secundum jura Alpirspacensia singularia, exceptis iis, quæ domicilium operatur, dijudicandi sunt, non directe huc, sed duntaxat commodioris administrationis gratia, pertinent. Quod originem singularum istarum specierum attinet, de HOMINIBUS PROPRIIS primi generis vix ac ne vix constat, unde illi orti fuerint, nisi quod ex instrumento foundationis 1) appareat, statim ab initio dotationis in Monasterium mancipia fuisse collata; sed & credibile est, monasterium procedente tempore, æque ac penes alia monasteria frequenter id usu venit 2), plura ejusmodi mancipia, emtione, donatione, cessione & aliis titulis acquisivisse. De PELAGIANORUM 3) origine dicit urbarium, *Pelagier sind diejenige des Closters Alpirspach eigene Personen, die an St. Pelagii Altar ergeben worden* 4): sunt igitur ejusmodi personæ, quæ, si ab initio liberæ, vel a semetipsis, vel si servi, ab aliis memorato altari 5) instinctu pietatis vel superstitionis mancipatæ fuerunt; quod, quamquam olim frequentissimum fuit, tamen quoad modum



modum & alia peculiaria ob defectum documentorum sigillatim explicari a nobis haud potest; hoc tamen docemur e Scripturis nobiscum communicatis, quod isti homines peculiare Sacrum sodalium 6), *St. Pelagii Brudershaft* dictum, constituerint. De LOMBACENSIBUS oder *Zinfern* 7) eorumque ortu eo minus certi quid definire, in nostra potestate situm est, quo nec monumenta illorum originem distinctè explicant. Credibile autem est, eosdem, uti de Pelagianis diximus, altari S. Johannis, quod Lombaci est, fuisse addictos. Quæri heic possêt, cur duntaxat ad bina hæc altaria homines dediti fuerint, cum sine dubio plurimum Sanctorum vel templa vel aræ in tractu Alpirspacensi extiterint, quibus sanctitatis oestro acti homines devoverè sese potuissent? verum; cum nec id, quod forsan hæc Altaria fuerint principiora, quodve hi Sancti præcipui forsan Monasterii Patroni, vel nodum solvat, vel exploratum sit, responsum potius ab aliis nobis sagacioribus expectabimus. Denique de hominibus propriis CESSIS, unde derivandi sint, pariter propterea certi quid assertum haud ibimus, quoniam illorum Monasteriorum, unde ad Alpirspacense fuerunt translati, documenta inspiciendi copia nobis facta haud est.

1) BESOLD. in *docum. monaster.* p. 236. ibi: & alia prædia & mancipia nostra.

2) Id quod apud auctores, qui historias & antiquitates Monasteriorum Ecclesiarumque prodiderunt, atque diplomata eorum collegerunt v. g. in operibus SCHANNATTI, IOHANNIS, PEZII, DACHERII, MABILLO-  
NII, de GUDENI & complurium aliorum frequentissime obvium, est.

3) Vix monendum est, heic non de Pelagianis hæreticis verba fieri, de quibus v. JANSENIUS in *hisor. Pelagian.* & AUGUSTINUS de *gestis Pelagii* in *Tom. I. Opp. edit. Paris. a. 1654.* quamquam, nec hujus, quem hæretici isti sectantur, doctrinas ab Ecclesia Rom. alienas esse, alii evicerunt. v. BUDDEUS in *diff. de Pelagianismo in Ecclesia Rom. per bull. anti-quesnell. triumphant.* & B. Dr. WEISMANN nostras in *hisor. Ecclesiast. Tom. II. p. 585.* Heic enim Sanctorum aliquis in censum venit, num autem sit masculini an fœminini generis divus, incertum est? dantur S. Pelagius Corduensis, alter Laodicensis, tertius Lirienis, & adhuc alius quartus; inter quos celebris est ille, qui fabri ferrarii opificium exercuit,





atque pedes equorum soleis ferreis muniendos per miraculum abscidisse tam, quam restituisse fertur, ejus ita occupati effigies in vicina quadam urbe conspici potest. Pelagiarum Sanctarum sex memorantur, Tarfensis, Antiochena propicida, Antiochena meretrix, Lamofinensis, Messinensis & incerta. Suspiciamus autem Pelagiam meretricem nomen servis nostris dedisse, quoniam die 8. Octobr. debitas distributiones suas hi accipiunt, quo ipso illius Sanctæ memoria sec. stylum vet. colitur, adeo ut male S. Pelagii mentionem facere nobis videatur urbanum, quamquam & nos cum ipso loqui maluimus. Plura de his Sanctis videri poterunt in *BALLIETI vies des Saints* & pro parte in *ACTIS SS.* neuter vero horum librorum nobis jam ad manus est.

4) Adjunct. N. 3.

5) Frequentissimas deditiones istas ad altaria fuisse pro animæ remedio & salute, res est longe notissima v. SCHANNAT. *Tradit. Fuld.* 327. & in *Collat. vindem. literar. p. 1.* GUIDENUS in *Tom. 1. Cod. diplom. p. 387.* imo tanta erat ita se servituti deditum multitudo, ut publicis legibus furori huic obviandum fuisset. *Capitular. Karuli.* 803. ap. LINDENBROG. Ritus habet POTGIESER, & DU FRESNE in *Glossar. voce Altare p. 355. voce Oblati. p. 1282.* MABILLON. *de re diplom. Libr. VI. p. 632. sq. & Annal. Benedic. Tom. 4. p. 286.* non autem confundendi sunt cum his ad altaria deditis ii, qui dicuntur *Altar-Leute* CHLADEN. *de altarg. §. 7.*

7) Adjunct. N. 3.

Verbum *Zinser* idem esse, quod censuales, per se constat. Prædicatur frequentissimum hoc in historia Germanica verbum tam de *prediis*, unde mansi censuales, iique vel ingenuiles vel serviles, GRUPEN. *discept. forens. p. 1018. seqq.* KNIGGE *de castr. Germ. natur. & indol. §. 65.* quam de *hominibus*, hisque non minus liberis, quam servis: de liberis probatur e CONRAD. *Marpurg. in S. Elisabeth. p. 290.* LEUKFELD in *antiquit. Kaltenbur. p. 95. & Wienbusan. p. 435.* nec non *Halberstad. p. 703. jung. LEGES Longob. L. 2. tit. 23.* ipsi cerocensuales quandoque liberi fuerunt. SCHANNAT. in *Cod. prob. Fuld. p. 114. n. 104.* GUIDENUS *Tom. III. Cod. dipl. p. 147* de servis vero, quod censualium nomine venerint, probare adeo non est opus, ut multi, censum servis solis ab initio proprium fuisse, contendant v. SENKENBERG. *de condit. servor. th. 8. not. c.*

§. 8.

Quantum vero ad statum & conditionem singulorum horum mancipiorum seu hominum propriorum, initium rursus faciemus ab iis, qui nullo peculiari nomine veniunt; pauca vero sunt, quæ de his memoriæ prodita invenimus.

Præsta-



Præstabant, uti jam dictum, duplex mortuarium; Alterum intuitu domicilii in optimo jumento consistens, cui duntaxat mares obnoxii videntur, in urbario enim diserte legimus, *daß die Weiber im Ehstand nicht, auffer zu Nordweil um das beste Kleid verfallt werden, die Wittfrauen aber nur wann sie zinsbare Güter besitzen*; quo casu viduæ idem mortuarium præstant, quod masculi. Alterum mortuarium, quod, uti vix dictus liber continet, *über diesen Fall* relinquendum est, in quo confiterit, non adeo manifestum est; disponitur ibi, deberi de homine proprio masculino *der Leibfall, wie von ausgefessenen Leuten*: quodsi ergo hæc verba comparative intelligi vellent, (possent vero etiam comprehensive capi *eben sowohl als von ausgefessenen Leuten*) iterum præstandum esset optimum jumentum 1); hoc enim debetur ab hominibus propriis foris habitantibus tam masculis, quam fœminis: duo igitur optima capita relinquenda forent ab iis hominibus propriis, qui intra fines Alpirspacenses habitant; quod etiam supra jam asseruimus: interim non extra omnem teli jactum hæc ita sunt posita, ut non suspicari possemus, sub voce *Leibfall* heic non intelligi posse uti alibi certam bonorum partem; quamvis, cum nulla hujus rei in actis supersint manifesta vestigia, suo unumquemque sensu hac in re facile patiamur abundare. Circa mortuarii illius præstationem, quod in optimo jumento consistit, hoc etiam singularibus annumerari meretur, quod, si fraudulenter circa illud versati sunt heredes, Monasterio jus sit, vindicandi sibi mortuarium melius deprehensum, usque ad nonum \*). Duo heic notari merentur singularia; primo inquiri posset in rationem numeri hujus novenarii, una plus vice infra recurrentis, cujus vero nullam assignare possumus determinatam, sed solum hanc conjecturatam, quod, quemadmodum Abbatis est, optimum jumentum eligere, tandem vero optionis certus terminus esse debet, in quo subsistendum, ita novenarius Clericis eo magis aptus fuerit, quo magis constat, eundem in Ecclesiasticis, exemplo *Nonarum*, præsertim 2) ex Ecclesiasticis precariis debitarum, ut & *Nonagii* 3), sive mortuarii nonam mobilium defuncti partem complexi, aliàs



quoque fuisse usitatum. Deinceps non præter rem quæri potest, utrum facultas Abbatis circa novem memorata mortuaria complectatur merum jus variandi, an vero singula ista sibi retinendi? Ubi nobis posterius videtur esse asserendum, quamquam enim mortuaria sint odiosa, & strictè explicanda 4), quamquam pœnæ etiam & privationes non præsumantur, nisi lex vel instrumentum disertè illas irroget 5); attamen cum aperto constet, jus istud, capiendi dato melius mortuarium, fuisse manifestam doli atque fraudis pœnam, qualis vero non fuisset, si nonnisi jus variandi integrum habuisset Abbas, cum per se optimum semper relinquendum sit jumentum; neque separatim mentio hujus rei facienda fuisset in urbario, nisi facultas omnia novem mortuaria sibi habendi adscribi voluisset eidem; dubitandum de assero nostro haud erit; imo, si ad jus dominorum succedendi in bona servorum, quod plerique adstruunt, ascendere volumus, eo facilius explicari confirmarique poterit illa, quam fovemus, sententia. Ceterum hoc jus, quod, cum inter generales articulos de mortuariis conceptos in Libro normativo deprehendatur, tam ad personalia quam localia & realia pertinere videtur, hodie vix amplius in actum deducetur, quoniam mortuarium etiam his in oris plerumque conventionem 6) determinari, & mediocris pecunia, utut ex mera Principis vel domini gratia, loco illorum exigi solet. Atque hæc a nobis hæctenus dicta intuitu hominum propriorum innominatorum eodem fere modo locum sibi quoque vindicant circa deditos ad altare: etenim PELAGIANO defuncto Abbas capit optimum caput, & censuum magistro, sive ei, qui mortuarium exequitur, debentur defuncti pileus, zona, & calcei; defuncta vero S. Pelagii serva, vestis optima, qua die Dominica utebatur, cedit Abbati, velum autem, zona & calcei censuum magistro. Idem etiam de LOMBACENSIBUS memoriæ proditum, nisi quod de fœminis illa vestis deberi dicatur, quam unaquevis nere potuit, simulque censuum Magistro dictæ vestimentorum partes loco salarii assignentur 7). Quod CESSOS attinet, diversimodè cum iis comparatum est, prout jura illius monasterii ferunt, cui proprie sunt addicti; ita v. g. qui



qui de Cœnobio S. Georgii huc pervenerunt, præstant quidem, si masculi sunt, loco mortuarii pariter optimum caput, sed tum duntaxat, quando nulla prædia de monasterio tenent; id quod eo magis singulare est, quum servi sæpius prædiis ademtis 8) manumissi & sic oneribus exempti, nec his, nisi ad prædia rediissent, obnoxii rursus facti fuerunt. Conjicimus autem, penes servos Monasterii S. Georgii mortuarium, quod forsitan e bonis erat præstandum *der Güterfall*, consumsisse personale *den Leib oder Hauptfall*. Neque solum optimum caput ex ejusmodi non - possessionati servi bonis, sed & arma 9) illius mortuario cedebant, nisi filius superstes esset, cui illa, si vel ipse, vel ejus nomine proximus sanguine junctus eadem apprehendere poterat, relinquebantur. Mulieres vero huic S. Georgii Monasterio propriæ nullo discrimine, utrum prædia teneant nec ne? optima veste spoliantur. Qui porro servi de Monasterio Bebenhausen ad Alpirspacense delati sunt, oneri optimum caput domino relinquendi obnoxii non sunt; sed pro mortuario ab ipsis relinquitur certa bonorum portio; nimirum masculo demortuo domino penditur florenus de centum libr. fœmina autem expirante 43. crucigeri 10). Possent hæc de mortuario jam sufficere; cum autem vexatissima dudum inter JCtos sit controversia, quale jus domino intuitu mortuarii maxime personalis (nam circa reale 11) tantæ non apparent difficultates) sit tribuendum in concursu creditorum 12), nos pariter, quia jam mortuarium personale formaliter tale mittimus, nostrum interspergemus suffragium. Totus hujus litis nervus, quantum quidem nos perspicere possumus, eo redit, ut eruatur, utrum domino mortuarium hodie competat tamquam superstes quid e veteri, quo domini olim gavisi dicuntur, dominio in bona fervorum, an vero jure successionis illud capiat, aut singulari quadam conventionem? isto casu non potest non rei vindicatio domino adscribi, quo mediante ante omnes creditores extra concursum persequitur, quod sibi debetur; admissis vero reliquis binis fundamentis, non potest aliquid ad dominum pervenire, nisi illo casu satisfactum fuerit omnibus & singulis creditoribus,



ditoribus, quia bona non intelliguntur, neque successio in bona locum habet, nisi deducto omni aere alieno; hoc autem, illi saltem creditores prius erunt audiendi, qui potius jus habent, quam dominus ex ejusmodi conventionibus acquirere potuit. In decidenda igitur hac controversia subsistimus I. in solo mortuario *personali*; nam nec de locali 13), cum, id defensionis causa exigi, a nobis dictum sit, & hinc primæ classi merito adscribatur, quæstio moveri facile potest; II. Contemplamur rem in genere potius, quam ut Alpirspacensia duntaxat mortuaria objectum nostræ disquisitionis esse velimus, cum jura Wurtembergica 14) ita sint determinata, ut de prælatione hujus juris & prima illi assignanda classe dubitari haud possit. Quodsi igitur mens nostra de jure mortuarii in concursu creditorum explicanda est; arbitramur illam hypothesin, qua e dominio in bona servorum dominis competente mortuarium derivatur, nondum ita plene probatam esse, ut omni exceptione major dici mereatur; verum est & fatemur, jus gentium ab hoc dominio non esse alienum; sed quid impedit, Germanorum legibus illud fuisse restrictum? æque ac Romani idem in argumento de pactis restrinxerunt; & hanc restrictionem revera saltem in quibusdam locis extitisse, exinde admodum probabile reddi potest, quoniam in historia Germanica compluribusque documentis vestigia satis luculenta deprehendimus, e quibus apparet, proprietatem bonorum ad illos ipsos etiam spectasse 15), qui tamen sine dubio in classe servorum fuerunt; nemo enim, ut opinamur, facile ignorabit, alienare potuisse servos bona mobilia sua indistinctè, immobilia vero etiam hinc inde, non modo in dominum & conservos, sed & his emere nolentibus, in extraneos 16) plane; & quamquam alibi alia vigerint jura, tamen rectè asseritur, dominium in bona servorum tamquam universalem mortuarii causam nequaquam posse venditari. Accedit, quod mortuaria passim a libertis quoque imo & liberis hominibus 17) imperata fuerint, in quorum bona, vel post manumissionem saltem vel profus umquam, jus domino non competiit; & quemadmodum libertorum & liberorum longe major est numerus, quam priorum hominum, ita multo



multo minus jus in bona universalem causam constituere potest. Alteri fundamento juris hujus luctuosi successioni nimirum, eo minus immorabimur, quum POTGIESERUS 18) jamjam satis refutatos illos dederit, qui eidem acquiescere putarunt. Nobis igitur videtur, mortuarii fundamentum (non quidem prout antiquissimis temporibus cum illo comparatum fuit, sed pro ea ratione, quam hodie induit) ex mera conventionione esse derivandum 19), præsertim quia, si etiam obverti veller, quod in ipsis manumissionibus penes libertos fuerit reservatum, id tamen non jure in bona, quod manumissione extinguitur, sed iterum illa ipsa conventionione nititur \*). Atque hinc eo magis fundatam esse censemus sententiam, quam fovet Præsidis Avus B. F. C. HARPPRECHT & Venerandus Facultatis Jurid. Tubing. Senior. Dn. D. SCHOEPP, mortuarii scilicet non deberi, nisi deducto ære omni alieno 20), potioemque creditorum esse causam quam domini. Illa ceteroquin hypothesi, qua circa prælationem distinguendum nonnulli putant, utrum res singularis an vero bonorum portio debeatur domino mortuarii vice, omni fundamento destituta nobis videtur, si enim domino jus tribuendum est in omnia servi bona, æque eidem hoc competit intuitu partis bonorum ac intuitu rerum singularium, maxime cum partem illam bonorum non capiat jure hereditario nec titulo universali sed vi domini adeoque titulo solum singulari 21). Obstare quidem nostræ sententiæ, qua jus creditorum potius diximus jure domini, communis videtur doctrina, vi cujus nemini, jus domini circa mortuarium infringere vel auferre 22), fas est, (de quo etiam diserte cavet Urbarium Alpirspacense 23)) fieri enim posset, ut propter grande æs alienum plane mortuario suo defraudaretur dominus. Verum quis non videt, illam prohibitionem duntaxat ad ejusmodi potissimum casus pertinere, quando in fraudem domini & agriculturæ illud ipsum individuum, quod mortuario cederet, eo tempore, quo jam fere certum est, illud ad dominum perventurum, alienatur; istos autem casus, quando in bonis defuncti hominis proprii adhuc existente v. c. optimo jumento hereditas ita obarata deprehenditur, ut &

E

caput



caput illud optimum creditoribus post mortem relinquere debeat, abhinc alienos esse: Alterum enim non sine praesumpta fraude, alterum vero variis ex causis & per accidens quandoque fieri potest. Interim in toto hoc argumento consuetudines & jura peculiariter singularum provinciarum potissimum sunt attendenda, unusquisque enim dominus, qui simul super oritate territoriali gaudet, disponere potest, quo ordine & loco mortuaria sint exigenda atque collocanda.

- 1) Quod tamen non implicat, saepius enim in jure Germanico deprehendimus, mortuarii nomine non semper optimum, sed & quandoque optimum proximum *das Nächste nach dem Besten* praestari POTGIESER. L. II. c. 11. §. 41. not. c. p. 575. SCHOTTEL. p. 49. in fin. quod in mortuariis Ecclesiarum Rectoribus quondam debitis usu praecipue venisse docet DU FRESNE voce *Mortuarium* p. 1056.
- \*) Vid. Adjunct. N. 4.
- 2) Dicimus *Præsertim*, nam & e dominicis praediis passim Nonas fuisse praestitas demonstrat post DU FRESNE in *Glossar. voce Nonas*. SCHMID de *Nonis Saec. II. §. 12.* Interim tamen potissimum penes Ecclesias in usu istas fuisse notant BOEHMER in *I. E. Prot. tit. de decim. §. 13.* THOMASSIN. de *Vet. & nov. Eccl. discipl. P. III. Libr. 1. c. 8. n. 2.* Ant. DOMINICUS de *prærog. allodior. c. XI. §. 10.*
- 3) DU FRESNE voce *Nonas*. Schmid. d. *diff. §. 24.*
- 4) *Ge. Frid. HARPPRECHT Vol. VII. Conf. Tab. 3. n. 10.* KREIDENMANN von *des deutsch. Adels-Stand. qu. 4. n. 47.*
- 5) *Nov. 2. c. 3. §. cum igitur. cap. 3. x. ne sed. vacant. cap. 2. x. de constitut. L. 14. ff. de religiof.*
- 6) Quod dicitur *das Haupt-Recht thadigen oder bedingen*, transigere super mortuariis. RICCIUS ad *Engau. L. I. tit. 3. §. 11. p. 111.* J. C. P. Entwurf vom *leibeigenthums Recht in der Grafschaft Hoya. c. V. §. 26. p. 112.*
- 7) Adjunct. N. 3. Simile quid deprehenditur *hey den hausgenossen des Meyerhof-Guts Westrum v. LUDOLF. P. II. Obf. for. 154. p. 257.*
- 8) Unde servum, domino praedium adimenti colonumque vindicaturum, manumissionem exceptionem objicere posse ait TORNOV. de *feud. Mecklenburg. C. 2. §. 43.* Notat etiam VADIANUS manumissionem ab Ecclesiis raro quidem absque onere imposito sed tamen tali, quod libertati non repugnaverit, concessam fuisse ap. GOLDAST. *Tom. III. rer. Alemanic. p. 56.* quanquam etiam nonnunquam praediis dimissis absque onere insulta fuit, uti patet e *formula Marculfi ap. BALUZ. Tom. II. Capitular. p. 926. ut deinceps*



deinceps cum omni fructu suo licentia liberali donatus in quamlibet partem mundi eat &c.

- 9) Idem occurrit penes Colonos des Meyerhof-Guts Westrum; ii enim pariter armis, saltim gladio & calcariibus spoliantur. LUDOLF: *obs. for.* 147. Nobis hoc admodum singulare videtur, cum constet, usum armorum servis, etiam inter Germanos, prohibitum fuisse, adeo, ut ad privilegia referendum sit, quando ipsis v. g. jus belli etiam privati vel duelli fuit concessum; quo facit diploma Ludovici VI. Francorum Regis apud KLUG-KIST de *veris duellor. limitib.* jung. DACHERIUS in *Spicileg. Tom. XII. p. 309.* MURATORIUS in *antiq. Ital. med. av. p. 133.* BALUZIUS *Miscellan. Libr. II. p. 185. & 597.* SCHATTENIUS *annal. Paderborn. Tom. I. p. 659.* Unde nequidem quæri apud servos de armis potuisse, credendum esset. Idem tamen etiam penes homines proprios Gengenbacenses usu servari notat POTGIESER. *L. II. c. XI. §. 46.* Et catallum in equis & armis legitur ap. DU FRESNE, v. *Catall.*
- 10) Apparet exinde, quod, uti mortuarium in optimo jumento consistens non penes solos, ita nec penes omnes servos jam olim obtinuerit. F. C. HARPPRECHT. *resp.* 24. n. 315.
- 11) Pertinet enim ad onera realia, rebusque specialiter in hærentia, quæ, saltim de praxi, facile in prima, uti notum est, locari solent classe. LAUTERBACH in *Colleg. theor. pract. ff. tit. de Privileg. Credit. §. 36.* vel ad minimum propter quasi contractum agricolationis cum fisco initum Classis quandoque prima quandoque tertia ipsi assignanda esset. arg. *L. 2. C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacit. contrab. & L. 28. ff. de jur. fisc. jung.* BERGER de *cession. privil. fscal. §. 10.* prout scilicet in hac vel illa regione locatio realium onerum etiam consuetudine peculiari firmata est.
- 12) Vexatissimam esse hanc quæstionem jamjam observarunt alii POTGIESER *Libr. II. c. XI. §. 55.* F. C. HARPPRECHT. *de jur. mortuar. cap. VIII. §. 14. & seqq.* Exc. D. D. *Christ. Frid.* HARPPRECHT. *Exerc. disput. circul. IX. tb. 10.*
- 13) Notamus hic duntaxat in transitu, quod neque locali neque personali mortuario jus istud quasi contractus agricolationis applicari queat, cum utrumque non præstetur propter prædia.
- 14) Gravia quidem hac in re dubia movit F. C. HARPPRECHT *loc. citat. n. 195. & seqq.* praxis tamen voculam oder *desgleichen in P. I. Jur. Provinc. Wurtemb. Tit. 75. §. nach jex gemeldten glaubigern.* ita explicavit, ut & mortuaria Principi debita in prima classe collocentur. vid. Auctor *Annotation. ad Jus Provinc. Wurt. P. I. §. 139. pag. m. 68.*
- 15) Antiquissimis jamjam temporibus servilis conditionis hominibus de bonis suis omnimode disponere, illaque, licet immobilia, in alios transferre, modo prædiorum indoles non immutaretur, passim erat integrum. vid.



vid. Docum. de a. 765. ap. CALMET. *dans les preuves de l'histoire de Lorraine* p. 281. idem etiam invenire est ap. BALUZ. *in capitular. Tom. II. p. 189. in Capitular. Carol. Calv. Tit. 36. c. 30. jung.* BESOLD. *in Docum. rediviv. Tom. II. p. 131.* plane per arbitri laudum vel sententiam ejusmodi hominibus facultas prædia alienandi etiam non requisito domini consensu fuit adscripta ap. LUDEWIG *in reliq. Msc. omn. av. Tom. I. p. 412.* Et quod maxime mirandum, vi nostri documenti sub N. 2. facultas alienandi ipsius domini *Hansen des Pfusers* restringitur cerro modo ad consensum *seiner armen Lüte* (i. e. hominum propriorum v. POTGIESER *L. I. c. 4. §. 17.*) rusticorum (*der Geburfsame*) in Wellendingen. Quæ omnia non cadunt in istud suppositum, quo ad dominos omnem servorum substantiam vi alicujus universalis juris Germanici vel olim spectasse nobis persuademus. Quamquam enim non negemus, in nonnullis Germaniæ oris & forsan frequentissime obtinuisse, ut bona servorum in domini potestate fuerint. POTGIESER *L. II. c. 2. §. 10.* Attamen cum vi allatorum exemplorum id universale haud fuerit, nihil etiam exinde deduci potest. Imò si ex jure quodam communi & in universum dominis jus in bona servorum fuisset, nonne quæso! rem actam egisset Henricus VI. Imperator, qui diplomate de a. 1321. (quamquam & hoc, cum mancum sit, vix plene prober, legi autem potest ap. BESOLD. *in docum. rediviv. p. 799.* & RITTER. *de Election. Henric. VII. p. 46.*) idem jus ad omnes demum Ecclesiasticas extendit.

16) WALDSCHMID. *de homin. propr. Hassiac. cap. 3. §. 7.* Imo alienatione servos sua passim transferre potuisse etiam in extraneos, & quidem absque domini consensu, modo in ejusdem (ne scilicet bona fierent libera) conditionis hominem, manifestum est & CHASSANÆO *ad consuet. Burgund. rubr. des confiscations §. 3. p. 384.* Ceterum quod restricta fuerit servorum circa immobilia alienandi potestas, plane jus dominorum non probat; nam idem etiam in liberis hominibus obtinuit: legimus enim in LEG. *Saxon. tit. 16. Liber homo, qui sub tutela nobilis cujuslibet erat, qui jam in exilium missus est, si hereditatem suam necessitate coactus vendere voluerit, offerat eam domini suo, si ille eam emere noluerit, offerat tutori, vel ei, qui tunc a Rege super ipsas res constitutus est, si nec ille voluerit, vendat eam, cui-cunque voluerit.*

17) Ipsi planè ingenui penes Germanos paupertatis duritiæ adacti quandoque in prædia sese contulerunt. vid. *Chart. ap. POTGIESER L. I. c. 4. §. 33. not. b.* quibus tamen sine dubio, licet plerisque servilibus oneribus & sic etiam mortuario saltem reali sese subjicerent vid. LEG. *Allem. Tit. 23. c. 3.* propria suppetebant bona, nullo jure ad dominum spectantia, maximè cum isti ceteroquin jura hominum liberorum non perderent. Quid? quod supra jam diximus, liberi homines passim etiam non præcise propter prædia mortuaria pendebant.



18) *De stat. serv. L. II. c. XI. §. 24.* quamvis VADIANUS *de colleg. & monast. Germ. p. 78.* dominos servis & libertis succedere aiat.

19.) Alia origo mortuarii si adhuc assignanda esset, ac illa, quam in spho propinamus, profecto illorum opinio non ita absurda, uti communiter exhibitari solet, nobis videretur, qui eandem in compensatione omissorum neglectorumque servitorum quærunt, modo rectè origo illa determinetur. Mortuarii ejusque synonymorum in antiquissimis Germanorum, quas habemus, legibus nulla fit mentio, neque à TACITI temporibus repeti potest, merito igitur juniorum temporum dicitur inventum. Imperabant illud, cujus etiam mentio fit in *c. 34. x. de testam.* Clerici & præsertim parochi omnibus cujuscumque conditionis parochianis pro neglectarum decimarum personalium aliorumque omissorum compensatione sub colore conscientie exonerandæ, quemadmodum id disertè memoratur in *CONCIL. Mertonens. a. 1300. cap. 2. & SYNOD. Exoniens. a. 1247. cap. 51.* hoc itaque sine dubio, licet decimæ personales in Germania numquam frequentatæ fuerint, ad servos tamen suos Clerici facilius extendebant, & mortuaria, ne servitia neglecta purgatorii cruciatum prolongarent, a volentibus initio accipiebant, sensim sensimque verò omnibus persuadebant, ut singuli, levandæ conscientie causa, dominis suis post mortem aliquid relinquerent, quo his satisfieret, si forte debita quæcumque servitia non fuissent exhibita; quod cum ex parte servorum ab initio peccati vitandi causa ex obligatione quadam pietatis observari oportere reputatum, simul ex parte dominorum in jus paulatim converti ceptum est; saltim nescirem, qui HENRICO II. Imperatori & rerum sui temporis sine dubio nobis melius gnaro fides habenda non sit? hanc ipsam originem mortuario assignanti in diplomate, quo fundatum est Monasterium Montis Monachorum prope Bambergam. vid. BRUSCHIUS. *in Chronolog. Monasterior. p. 314.* Neque nos in contrarium movent POTGIESERI dubia in *L. II. c. 11. §. 21.* fuerit enim licet quam maxime fucus; at quis ignorat, multa obscuris temporibus e fuco nata esse jura?

\*) Quamquam enim exploratum sit, quod olim maxima pars civium servi sive, qui non multum supra eosdem sunt, liberti fuerint, teste OTHOLONE *in vit. S. Bonifac. c. II. & LEHMANN. in Chronic. Spirens. L. IV. c. 14. p. 318.* & hinc mortuarii origo etiam penes liberos homines exinde derivanda videatur, præsertim cum observare liceat, quod Principes, ex hujus personarum status ratione, ex hereditatibus civium illud sibi vindicaverint passim, vid. *Documenta ap. RETHMAIER. in Chronic. Brunsvic. p. 27. 32. HAHRENBERG. in histor. Gandersb. diplom. p. 130. SEIP. in diss. de jur. occupand. exuv. c. I. §. 10.* Tamen hoc nostram hypothesein non evertit, cum in ipsa manumissione s. tacita s. expressa concipi debeat conventio, qua & in futurum ii, qui antea erant servi, mortuario præstando sese adstrinxerint; præsertim cum notum sit, quod nulla constans vel lex vel observantia vigerit in Germania, qua mediante libertis hoc onus indistinctè fuisset imperatum, potius enim mox cum mox sine





onere servili jugo homines fuerunt exempti. Deinceps Mortuarium, Alpirspacensium quaedam specie conventionis explicari planè non potest, nam & adventæ ibi domicilium constituentes illud Monasterio, uti dictum, debent, si vero ex solo statu l. servili vel libertino derivandum esset, non Monasterio sed domino vel manumissori præstandum illud foret.

20) HARPPRECHT. *de jur. mort. c. VII. §. 4.* Dn. Dr. SCHOEPEF. *decis. 114. n. 4.* facit etiam pro nostra sententia, cui præeuntes habemus præter alios ENGAY. *in Elem. jur. Germ. L. I. Tit. 3. §. 41. n. 1.* Ertel. *in prax. aur. von der Niedergerichtbarkeit. L. II. c. 21. obs. §. n. 7. p. 968.* quod si domino qua tali ratione mortuarii jus quoddam vindicationis præ creditoribus tribui veller, eodem nec illi domini, qui jurisdictionem in hominem proprium non habent, excludendi, & sic hi quandoque ipsi fisco præferendi forent; id quod tamen iterum datis casibus specialibus novas crearet difficultates.

21) Scilicet caperet titulo peculii servilis, qui nec Veteribus Germanis ignotus fuit. GEORGISCH. *in Corp. Jur. Germ. p. 912. n. 3. & passim.*

22) POTGIESER. *Libr. 2. cap. 11. §. 54.*

## §. 9.

Pergimus jam ad reliqua, quæ de jure & statu servorum five hominum propriorum Alpirspacensium dicenda supersunt. Præter mortuarium ergo homines proprii II. aliàs quoque præstant OPERAS 1); verum de his sigillatim differere superfedebimus, cum in urbario intuitu hominum propriorum nil peculiare vel ab aliis incolis Alpirspacensibus diversum legamus, quamquam non dubitemus, graviore olim illis, quam his injunctas fuisse operas. Transitum igitur III. facimus ad CENSUS 2); illos autem homines, qui nulla prædia possident, urbarium immunes prædicat à censibus, personalibus nimirum; sunt autem iis obnoxii homines proprii primæ classis five *innominati*, quamprimum aliorum se conferunt extra Monasterii terras habitaturi, quo casu masculi quotannis in festo S. Martini solvunt quinque Schillingos 3) sub nomine *Manssteuer* 4); fœminæ autem gallinam *eine Leibhenne* 5); ubi singulare illud notari meretur, quod puerperis 6) gallina illa



illa restituatur, verum propterea, uti conjicimus, avulso capite, ut eo certius in prolis nutrimentum convertatur. Eximuntur 7) vero hoc censu rursus tam masculi quam foeminae, quando domicilium in terris Alpirspacensibus restaurant. *Pelagii* & *Lombacenses* hunc censum, qui emigrationis dici possit, non pendunt, sed liberè migrant, quoquo se vertant; obnoxii autem sunt alii census speciei: Illi enim quotannis die S. Pelagii in Templo Alpirspacensi, hi vero Lombaci die S. Johannis comparere & 3. obolos offerre, altarique imponere 8) tenentur, uti & posteriores simul Praefecto vel advocato Sodalitii die S. Martini aliquid pecuniae & avenae porrigunt, quibus vero jam nos non immorabimur, uti nec iis, quibus vicissim ipsi gaudent, quemadmodum etiam de eo verba facere superfedemus, qua ratione per neglectam in memoratis festis comparitionem censui *Monssteuer* & *Leibhennen* potuerint subijci 9). Homines proprii *cessi*, qui, uti jam diximus, semper originariam indolem suam retinent, varios pendunt census, veluti de Monasterio Bebenhausen huc translati domino defuerunt gallinam quadragesimalem *das Fastnacht-Huhn* 10), homines Monasterii Reichenbach Alpirspaco juncti varios alios solvunt ejusmodi census, quos jam recensere longum foret. Possemus adhuc prolixius in disquisitione de conditione horum fervorem divagari, si ad amissim illorum onerum eandem sub incudem vocare volupe esset, quae penes alios obvia sunt; verum, cum tacentibus literis nostris nonnisi in conjecturis haerendum foret, merito ab ulterioribus abstinemus, unicum duntaxat adhuc paullulum evolventes, scilicet prohibitam **NUPTIARUM LIBERTATEM**. Occurrit haec in diversis nobiscum communicatis chartis, & quidem non ita se habet, quemadmodum in aliis locis quandoque obvium est, ut indistincte 11) pro facultate nubendi aliquid solvendum sit, sed tum duntaxat illa pecuniariae praestationi subest, quando servilis conditionis homo persona liberae vel alieno dominio subjectae per matrimonium jungitur. Vocatur haec conjunctio die *Ohngenossenschaft*, *ohngenossamin*, persona ipsa autem libera vel alieno obnoxia *eine Ungenössin*, *Ungenössene* 12) &c. quae verba



ba non denōtant famofum illud & inter Jctos tantopere controverfum jus CONNAGII 13), uti nonnulli putant; fed *genossen*, *genozzen* 14) erant penes Germanos stantes in quadam communione, adeoque inter servos illi, qui uni eidemque subiecti vel in ambitu ejusdem familiæ erant comprehenfi; *Ungenossen* ergo illi dicuntur, qui uni domino non parent, five deinceps sint liberi five servi. Quodfi ergo servus ejusmodi personæ nubebat, quæ non erat in ejusdem domini servitio, diversis plectebatur pœnis 15). Penes Alpifpacienses præsertim notanda est pœna Lombacensium, cujus exequendæ modum *da der Vogt den Lombacher fahen, und mit einem Rockenhalm in der Kuchen an die Saul binden soll* Sc. 16) heic quidem ridere nolumus, ne incurramus censuram Celeberr. DREYERI solertissimi atque ingeniosissimi rerum Germanicarum exploratoris, varias ejusmodi ridiculas visas Majorum consuetudines egregiè, uti solet, explicantis 17); attamen fatendam simul est nobis, perspicaciam nostram eo non peringere, ut, quid symbolum hocce denotet, nisi forsan per glaucoma mitioris penes Ecclesias servitutis explicari velit, detegere possimus. Singularis etiam est hominum propriorum Monasterii S. Georgii pœna in casu inæqualis ejusmodi matrimōnii luenda; masculi enim ita sese jungentes *haben eines Herrn zu St. Georgen Huld verlobren*, i. e. mortuario multantur (quod vero ex gratia & consuetudine in levem pecuniam mutatum est hodie, ) atque ita quidem, ut, si gratiam Abbatis recuperare negligant, per novem annos continuos (ubi ergo novenarius ille numerus secunda vice recurrit, ) optimum caput exigi queat; fœmina vero extraneo nubens non quidem multatur, attamen extraneus ille prædiis à Monasterio acquirendis incapax est 18). Atque hæc jam de servis eorumque statu monuisse sufficiat.

1) Operas inter signa servitutis relatas multi volunt, ita, ut vel ab operis præstitis, maximè œconomicis, ad servitutem concludi posse. REINECCIUS *de rustico quondam servo*. §. 130. vel ut servos nullos, quin operas debuerint, fuisse contendant. POTGESER *Libr. II. c. 7. §. 14. seqq.* PERTSCH. *de division. operar. in determ. & indetermin. §. 18. & seqq.*

2) Cen-



- 2) Census non ex ultimis servitutis characteribus fuisse vel ex ipso TACITO c. 25. de M. G. constat, uti & ex eo, quod in manumissionibus census a liberis præstandi plerumque fuerint reservati, arque ii frequentius, quam operæ. SEIP. de stat. rusticor. ex med. ev. ration. caut. dijudic. c. 2. §. 13. jung. ESTOR. in P. V. de: kl. Schr. p. 138. §. 37. BOEHMER. de jur. & stat. hom. propr. §. 37. p. 13. ATRER. de censibus mora crescent. §. 9. seqq. DEINLIN. de præstat. gallinar. th. 3.
- 3) De Schillingis vid. LUDEWIG. in jur. clientel. German. p. 498. & JOACHIM in Grofschen - Cabinet. 3. Band. p. 275.
- 4) Innumeras usitatas fuisse Veteribus Germanis censuum, sub nominibus Germanicis: Zinsen, Gülten, Weysat, Bauding imo infinitis aliis, quæ recensere nimis prolixum foret, obviorem species, unusquisque facile percipiet, cui evolvere placuerit BOEHMER. de var. cens. jur. SCHAEDEN. jus censitic. LUDEWIG. in jur. clientel. Sect. III. c. 3. §. 10. not. 9. p. 131. DEINLIN. de præstat. gallinar. th. 4. p. 14. Non opus est igitur, ut hujus census Manssteuer dicti peculiarem reddamus rationem, quamquam rarius illum occurrere non possumus, quin moneamus.
- 5) Gallinas ceu res minimi pretii olim in signum servitutis, præstitas, & si hoc intuitu personæ factum, Leibhüner vel & Haupthüner dictas fuisse, notant post Zasium & Cothmannum WEHNER. voce Leibbeth, Leibhüner. FROMMANN. de oper. rusticor. th. 23. LEISER. in jur. Georg. L. 2. c. 7. §. 27. BEYER. in Specim. jur. Germ. L. I. c. 9. n. 7. HERTIUS lib. II. paræm. jur. Germ. XI. F. C. HARPPRECHT. Conf. nov. 4. n. 776. DEINLIN. de præstat. gallinar. th. 5. p. 17.
- 6) Adjunct. N. 4.
- 7) Ex quo colligimus, census non semper infallibilem servitutis esse sequelam, ut ita nec hoc respectu jus Germanicum universale statui possit. GRUPEN. discept. forens. cap. Von dienst. §. 13. STRUBEN. de jur. willicor. cap. I. §. 7. SEIP. citat. diff. cap. I. §. 14.
- 8) Erat hoc fere ordinarium, ut Sanctorum homines proprii vel oblati ad altaria quotannis pensionem quamdam in recognitionem solvere obstringerentur. GUDENUS. Tom. I. Cod. diplom. p. 387. quod etiam faciendum erat, si ad servitium, ut vocabant, alicujus Sancti manumittebantur. GUDENUS Tom. III. p. 103. & prolixè DU FRESNE in Glossar. voc. oblati.
- 9) Adjunct. N. 3.
- 10) Fasnachthüner, sive, uti in antiquis documentis vocantur, pulli carnis privati: GUDENUS Tom. I. p. 816. a termino, quo præstari debebant, non à causa & fundamento debendi, uti leib & rauchhüner nomen suum habent:





habent: possent itaque *Fastnachtbuner* esse vel *leib* vel *rauchbuner* vel alia quacunq; gallinae; neque cum *Dainlino* cit. *diff.* §. 8. p. 28. velle-  
mus *das Fastnachtbun* restringere, ut emphyteucariam duntaxat vel ple-  
rumq; significet, verum a nudo praestationis termino illam denomina-  
tam arbitramur, uti & alia ejusmodi Gallinae dantur a die solutionis  
nomen fortitæ v. c. *PfingstHuner* &c. vid. *WILDVOGEL.* de eo, q. *just. est,*  
*circa temp. quadragesimal.* c. 3, §. 13. *FROMMANN.* de oper. *rustic. th.* 23.  
Harum & omnis generis gallinarum cogendarum causa peculiarem olim officiales  
*Huner Vogte Huner faute* dicti constituebantur, quorum officium  
in conservandis, persequendis, consignandis &c. hominibus propriis po-  
situm erat, hodie vero plerubique illi ferè cessant. *BESOLD.* in thesaur.  
*pract.* voce *Hunerfaute.* p. 348.

- \* 11) Vid. *MIRÆI Op. diplom. pag.* 437. *DU FRESNE* voce *forismarita-*  
*gium.* *ESTOR* in *sepecit.* P. V. §. 40. p. 143. *POTGIESER.* L. II. c. 2.  
§. 25. *STRUBEN.* de bon. *Mejerding.* §. 13. *Alpirspacenses* igitur homi-  
nes proprii nihil solvunt, neque *Bedemunda*, de qua vid. *WEST-*  
*PHAL.* de *consuetud. ex sacc.* & *libr.* §. 13. locum penes ipsos habet, nisi  
in casu *der ohrgenossamin.* Aliter vero comparatum est cum hominibus  
*Reichenbacensibus*, hi enim nudam nubendi licentiam modio falis vel  
loco illius pecunia redimere tenentur.
- 12) Plura de hoc vocabulo reperiuntur apud *POTGIESER.* L. I. c. 4. §. 45.  
p. 221.
- 13) Quod planè numquam extitisse, magno cum apparatu probatum de-  
dit *GRUPEN.* in *Uxor. theotisc. in praefat.* §. 2. p. 7. & 8. neque credi-  
bile est, Germanos ita fuisse animatos, quemadmodum de incolis insu-  
larum *Philippinarum* memorat *Abbè PREVOT* in *der algemeinen Historie*  
*der Reisen zu Wasser und zu Land.* Tom. XI. L. II. c. 33. sect. 10. p. 439. in  
*fin.* neque hanc in rem ulla probationes attulit *KESTNER* de *jur. Con-*  
*nag.* vid. tamen *WESTPHAL.* de *consuetud. ex sacc.* & *libr.* §. 12. not.  
x. p. 38.
- 14) *Jung. WACHTER.* in *Glossar. German. voce Genoss.* habemus hoc re-  
spectu *Waldgenossen* *DAINLIN.* de *praestat. gallinar. th.* 9. p. 31. *Erbexen*  
*und Markgenossen.* *STISSER.* in *der forst und jagd Historie der Deutschen*  
*in adjunct. Lit.* 7. p. 52. *Hausgenossen* *BUDER.* de *monetariis Principum*  
*& civitatum German.* & alio sensu *LUDOLF.* Tom. II. *obs. for.* 154. p.  
253. Quæ singulæ species societatem & communionem quamdam, de  
jure Germanico cum insignibus effectibus plerumque conjunctam, sup-  
ponunt.
- 15) Erant in domini sui *forisfacto*, quod & phrasis nostra, *haben ihres*  
*Herrn Huld verlohren*, indigitat. Alibi enim praedia, alibi ipem ad  
illa adspirandi amittunt, uti docent chartæ apud *DU FRESNE.* vid.  
etiam *ESTOR.* P. V. p. 142. *J. C. P. von dem Leibtegenthumsrecht in der*  
*Graf-*



*Grasschaft Hoya. Cap. 3. §. 6. p. 20.* Alibi graves multas solvunt, & flagellis cæduntur. POTGIESER. *Libr. II. c. 2. §. 19.* Fallimur, aut hæc pœnæ indignant, parcemiam das Kind gehört zur argern Hand, non ubique in Germania valuisse.

16) Adjunct. N. 3.

17) In elegantissimo scripto *de cæspitalitatis testium requisito. §. 22. not. a. p. 81.*

18) Adjunct. N. 5. Inter complures pœnarum huc pertinentium species a POTGIESER. *L. II. c. 2. §. 21.* memoratarum, nulla tamen recen- setur, quæ mortuarii mentionem facit, nisi quam e privilegiis Abbatis Gengenbacensis idem desumpsit, ubi dicitur, *die sol ein Abbi Buteylen, But- theilenim vel Butelest mortuarium.* HARPPRECHT *de mortuar. c. I. n. 49. & 50.* Aliunde vero novimus, quod & pro licentia nubendi pendi quan- doque debuerit idem, quod pro mortuario, unde *Curmede* tam mortua- rium quam maritagium denotavit. DU FRESNE *voce Curmeda, & Meta.* LUDEWIG. in *jur. Clientel. Sect. III. c. 6. §. 8. not. c. p. 291.*

## §. IO.

Obvium jam nobis est penes Monasterium Alpirspacense aliud adhuc hominum genus, de quo, cum diversas etiam inter se foveant sententias eruditi, paucis quoque dispicere operæ erit pretium. Sunt illi, quos vocant, HAGENSTOLZII I), quo nomine insigniuntur, in cœlibatu vel viduitate per certum quandoque temporis tractum, quandoque vero, uti ex infra dicendis patebit, absque temporis respectu 2), usque ad vitæ finem perseverantes. Nomen Hagenstolziolorum unde derivandum sit, diversimodè ab antiquitatum peritis disqui- situm est, variis tam secundum linguam Anglo-Saxonicam ejusque verba *Hagsteald*, *Hagesteald*, *Hebstald*, *Hagustalt*, *Hagastolt* &c. quam vernaculam & voces *Hagenstolz*, *Hagen- stolt*, *Hovenstolz*, *Heckenstolz* &c. 3) etymologiis enatis, qui- bus, nil impedire putamus, quo minus & nostrum adjiciamus suffragium; cum vero in chartis nostris adeo frequenter, ut scriptio vix ac ne vix quidem in mendo cubare possit, ver- bo *Hagstozen* 4) denotentur, facile adduci possumus, ut cum aliis nobis persuadeamus, in cœlibatu mortuos metaphoricè ita dici, quoniam æque steriles & infœcundi sunt intuitu con- jugatorum



jugatorum, ac quidem trunci & stipites aridi in septis positi respectu fœcundarum arborum; cui derivationi etiam convenit significatus verbi *Stoz* per se notus, & *Hagen*, quod pro septo accipiendum esse docet a WESTPHALEN 5). Non minus vero, quam circa etymologiam etiam, circa origines hujus juris in diversas partes abeunt eruditi; Aliis ex Jure Romano, aliis ex Germanico idem repetentibus, quam in rem insignes illos motus, qui B. LUDEWIGIUM 6) inter & B. KRESSIUM 7) propriam quasi causam, pariter scilicet Hagenstolziium, agentem excitati fuerunt, nominasse potius sufficiat quam recensuisse. In argumentis vero juris Germanici sive potius antiquitatum Germanicarum, cum pleraque tenebris & nebulis involuta atque meris propemodum conjecturis superstructa sint, arbitramur & nobis conjectari licere, & hinc nostro quoque quasi jure, quid nobis videatur, adjiciemus. Placet autem nobis neque Romana neque Germanica Hagenstolziatus sive Hagstolziatus origo; verum Pontificiis doctrinis illam adscribendam esse, penitus persuasum habemus. Constat nimirum, nonnisi fera juris hujus vestigia in Germania deprehendi, quæ enim Kressius è Tacito & Capitularibus huc referre allaborat, revera eo quasi per crines esse tracta vel solum legenti patebit; saltim hoc certum est, ante cœlibatum clericis, legis necessitate impositum, nullam ejusdem pœnam vel peculiarem effectum juris in Germania deprehendi, antiquissimum facile hujus rei indicium præbet Lotharii II. Imperatoris privilegium a. 1135. Ecclesiæ Luneburgensi concessum; quo statuitur, ut, si quis moriatur ex iis, qui *Elos dicuntur, de bonis illius duas partes Abbas, tertiam Advocatus accipiat* 8). Deinceps ne unica ferè quidem lex civilis vel provincialis antiquior extat de hoc jure, sed unice propemodum de illo penes Clericorum & Monachorum 9) subditos dispositum est. Ipse Kressius 10) fatetur, ordinationem provinciam Palatinam inter Leges Germaniæ civiles unicum esse, quæ ejusdem mentionem faciat, & antiquissima Principum rescripta, quæ tam memoratus Kressius, quam alii proferunt, ita sunt comparata, ut vel in ea tempora incidant, quibus



quibus Principes post repurgata sacra in jura Clericorum passim successerunt, vel minimum ad imitationem juris a Clericis antea stabiliti concepta videantur. Interim ex altera parte tum his ipsis exemplis, tum & argumentis, per documenta monasteriorum Wurtembergicorum facillè confirmandis, evinci potest, Ludewigii sententiam, quasi Hagstolziatus tempore demum Sacrorum Evangelicorum restauratorum in emolumentum fisci Principis enatus & confictus esset, neutiquam pro genuina venditari posse 11). Ipsum enim Urbarium Monasterii Alpirspacensis ex antiquissimis hujus documentis 12) & consuetudinibus, diu ante reformationem jam vigentibus, fuit concinnatum; neque, si hoc jus fisci augendi causa noviter introductum fuisset, ulla perspici posset ratio, cur non potius juri Provinciali Wurtembergico, ferè vix antea publicato 13), insertum fuisset, quam ut duntaxat in monasteriorum nonnullorum urbariis delituisset. Cur autem ad Pontificia dogmata hagstolziatum referre malimus, præter allegatas etiam hæ nos porro movent rationes, quoniam in vulgus notum est, quod Pontificii Sacramenta in duas abire vel tres potius voluerint classes; alia, quæ Clericis propria; alia, quæ Laicis, & denique quæ utrique hominum generi communia esse debent 14). Accedit, quod Romana Ecclesia suo jure agere sibi persuadeat, quando membra sua pœnis propositis ad usum Sacramentorum cogit, & severè in illos ceu contemtores, uti exemplo pœnitentiæ & eucharistiæ docemur, animadvertit, qui ab eorum usu se separant 15). Quemadmodum igitur fideles in Sacramentorum perceptione præceptum Ecclesiæ adimplere, adeoque ad baptismum infantes æque ac confirmationem offerre, justo tempore pœnitentiam agere, atque S. Eucharistiam, nî contemtores videri volunt, tenentur 16), atque Clerici etiam passim necessitate adacti fuerunt, ut non modo in minoribus ordinibus subsisterent, sed & majores, de quibus, quod sint Sacramentum, nulla est penes Pontificios controversia, reciperent 17): Ita similiter easdem doctrinas procedente tempore & saltim per nonnullorum interpretationem



etiam matrimonii & ordinis Sacramento fuisse applicatas, ut scilicet eorum alterutro necessario unusquisque frui debuerit, illos vero, qui per longum tempus in cœlibatu vixerunt sine fruitione Sacramenti vel ordinis vel matrimonii, atque sic moriuntur, tamquam contemtores horum Sacramentorum pœnis subjectos, hoc ipso autem hagenstolziatus jura exorta fuisse, penitus nobis persuademus; idque eo magis, quia in cœlibatu permanentes neque alterutrum memoratorum Sacramentorum sibi applicantes, vagam libidinem sectari, atque remedia uisionis quidem quarere, sed non sub forma a legibus Ecclesiasticis præscripta, faciliè præsumunt. Obstare quidem his nostris assertis potissimum videtur I. quod doctrinæ Pontificiæ potius faveant cœlibatui, quam matrimonio (19); II. quod, si nostra sententia fundata esset, pœnam hagenstolziatus in universa Romana Ecclesia pedem fixisse deberet, & III. quod hæcpœna saltem in viduatis locum habere non posset, cum quam maxime odiosæ in Ecclesia fuerint secundæ nuptiæ (20). Verum salva res est! quantacumque etiam præ se ferre videantur speciem hæc argumenta. Etenim favor cœlibatus & odium secundarum nuptiarum ex doctrinis Pontificiis potissimum respectum habet ad susceptionem ordinis atque religionis ingressum (21), unde sententiam nostram potius confirmat, quam infringit. Cur vero hagenstolziatus pœna in tota Ecclesia non fuerit introducta, ratio faciliè est in promptu; ab initio enim omnis Sacramentorum perceptio partim prorsus erat libera, partim matrimonium & ordo in numerum illorum diu non fuerunt relata; adeoque cum deinceps aliorum Sacramentorum fruitio sub lege necessitatis injungeretur, nonnulli duntaxat Clerici argumentum hujus præcepti etiam ordini matrimonioque applicuerunt, & quemadmodum viderunt, electivum esse utrumque hoc Sacramentum, ita & alterutro frui voluerunt ecclesiæ membra, & eo pro status indole, quem quisque sibi elegit, per pœnas unumquemque vel ipsi adigerunt, vel per Principes adigi fecerunt; ex hoc vero simul contigit, ut duntaxat in nonnullis terris, præcipuè vero penes



nes monasteria, neutiquam tamen in universa Ecclesia lex Hagstolziatus locum sortita sit. Ceteroquin autem nemini eorum litem denuntiabimus, cui forsan minus arriserit, hæc, quam propinamus, origo 22),

1) De hagenstolziis scripserunt BESOLD. in *thesaur. pract. verb. Hagenstolz.* p. 352. & in *continuat.* p. 266. SCHOTTELIUS *de singular. & antiq. in German. jurib. cap. I.* & ibi GERIKEN *in addition.* Jo. Balth. WERNHER. *in diss. de jure Hagenstolz.* quæ extat in ejusd. P. 2. *enuntiat. for. hodiern.* p. 252. Jo. Ge. SCHERZ. in *diss. de jure circa hagenstolzius.* GERDES in *diss. de jure hagenstolziatus* (quam vero numquam vidimus.) KRESS. in *diss. de jure hagenstolziatus in Ducatu Guelpherbytan.* LUDEWIG. in *diss. differerent. jur. Rom. & Germ. in hagenstolziat. exule in German.* Erudita his duobus intercessit de hagenstolziatu controversia, insigni vero cum acerbitate conjuncta, respondit KRESSIUS *Ludeviggio in repetitione dissertationis de hagenstolziatu*, quæ scripta deinceps unâ cum ANONIMI *animadversionibus ad dissertationem Ludevigionam junctim*, ni fallor, edita sunt. Jo. Joach. SCHÖPFFER *diss. de juven. virgin. privileg. c. 1. n. 43.* PAGENSTECHER. in *diss. de jur. virg. §. 76. Contr. Phil. Hofmann de annis, quib. quis sub pœn. matrim. inire tenet. c. 2. Fichtner in diss. de prom. polyæd. §. 35. Io. Jerem. HERTIUS in diss. rarior. quasd. jur. controvers. exhib. lemmat. XVI. B. D. D. HELFRICH. in diss. de secund. nupt. th. 3. not. d. pag. 10. seqq. GRUPEN. in *Uxor. Theotif. cap. IV. §. 13. p. 213. seqq. Ge. BETER. in Specim. jur. Germ. cap. 12. §. 21. seqq. STRIK. in Uf. modern. tit. quib. non comp. honor. possess. §. 3. in fin. PFEFFINGER. in Vitriar. illustr. Tom. III. p. 901. Frid. Elaj. PUFENDORF. in *Obs. jur. univers. Tom. I. obs. 92. p. 230. & Tom. II. o. 58. p. 232. BOEHMER. in Consultat. & decis. Tom. 2. P. I. resp. 654. & 655. RICCIUS ad Engau. Elem. jur. Germ. L. 1. t. 24. p. 604. Magnif. Dn. Dr. SCHOEPF. in Vol. VIII. Conf. Tub. 16.***

2) His verbis digitum intendimus iis, quæ de hagstolziis Monasterii S. Georgii dicuntur infra §. 11.

3) Ex hac lingua etymologiam vocabuli nostri derivat GRUPEN. *loc. Supra cit.* Hagesteald enim vel hægteald, ait, hominem denotat, qui non habet hereditatem decuria, sed solum stallum intra sepes, ingeniosa sane est, sed longe ingeniosior foret hæc etymologia, si exinde intelligi posset, cur ad Principem horum hereditas pervenerit? si enim de filiorum familiarum vel servorum successione parentibus vel domino deferenda quaestio esset, tunc magis illa derivatio, cui similem vel eandem plane SCHERZIUS §. 6. quoque habet, quadraret, quemadmodum etiam illa rationem odii



odii vel poëtae, de quo nos obstrepenre licet KRESSIO penitus persuasi sumus, nullam continet: ut taceamus, nos nullam rationem perspicere, cur verba in Superiori Germania vigentia ex Anglo-Saxonico sint rependenda.

- 3) Reliqua hagstolziis imposita verba sunt: *Hagustult*, *hagestolt*, *hagestelzen*, *hagestälzen*, *Hafestolz*, *hoffestolz*, *havestolz*, *haverstolz*, vid. hæc & alia ap. KRESS. in *diff. l. c. 2. §. 2.* & WACHTER. in *glossar. Germ. verb. Hagestolz.*
- 4) Vid. adjunct. N. 6. Ipsum quidem urbarium Alpirspacense a. 1560. conditum habet *hagstolzen* Tom. I. fol. 34. Sed nihilominus nobis videtur, hoc verbum esse recentius voce *Hagstoz*: Etenim BESOLDUS in *thesauro pract. p. 352.* ipsissima quidem urbarii verba, refert, sed voce *hagstälzen* utitur, *stoz* autem & *stälz* sive *stelz* sunt unum idemque; & quamquam urbarium, nostrum antiquius sit Besoldo, tamen credibile est, cum antiquioribus potius documentis, quæ ipsi ad manus erant, & è quibus compositus demum fuit liber iste, usum fuisse, quam ipso hoc urbario. SCHERZIUS etiam in documento Alpirspacensi, quod profert, quodque sibi communicatum ait, habet verbum *Hagstoz* in §. 10. *diff. supracitat.* & forsitan antiquius nostro urbario documentum ipsi fuit impertitum, quamquam distimulandum non sit, quod ipse hanc scriptioem erroris adoculet. Tacemus, quod in rescriptis Ducalibus verbum *Hagstoz* sæpius adopratum observaverimus.
- 5) In Tr. *de consuet. ex sac. & libr. p. 66.* jung. KRESS. cit. *diff. c. 2. §. 3. p. 14.*
- 6) Universum hagstolziatum ejusque jura ex Legibus Rom. & sigillatim ex Lege Julia & Papiæ Poppææ repetiit LUDEWIG. in *diff. supramemorat. præcipue diff. VI.*
- 7) Fundamenta & primordia hagstolziatus unice in LL. Germ. & quidem antiquissimis quæsit KRESS. *d. c. 2. §. 6. 10. & seqq.*
- 8) Quod exhibet PFEFFINGER. *ad Vitriar. Libr. III. tit. 13.* & ad quod provocant HERTIUS loc. supracitat. SCHERZ. *th. 9. LUDEWIG. diff. VII. n. 37. p. 42.* & alii plures.
- 9) Potissimum penes Ecclesias & loca pia juris hagenstolziatus indubitata vestigia reperiri ex ipso KRESSIO demonstrari potest: Sic enim allegat c. 3. §. 1. p. 31. *das Usnabrüggische Hausgenossenrecht*, Sic cap. VI. §. I. jung. etiam BURT in *erleuterten Lehenrecht Vte Fortsetz. p. 1205.* memorat, jure hagstolziatus gaudere possessores bonorum Probstdingicorum, quæ bona sine dubio sunt ecclesiastica v. GOEBEL. *de singular. quibusd. præd. rusticor. in terr. Brunswic. Sect. V. §. 2. p. 94.* Excitantur etiam ap. Pfeffingerum & alios Ecclesia Luncburgenlis & alia pia corpora. Ob-  
stare



stare quidem huic asserto videtur 1) KRESSIUS, quando de singulis ferme præfecturis Guelpherbytanis affirmat, quod hoc jus (hodie tamen ibi penitus abrogatum) in istis, adeoque etiam in districtibus Ecclesiæ numquam subjectis, vigerit, vid. c. 3. s. 5. seqq. porro & 2) PUFENDORFIUS, qui *Tom. obs. p. 2.* documentum profert, e quo apparet, quod hoc jus jam ante reformationem & antequam bona & jura Ecclesiastica ad Principes Seculares pervenerunt, ab his fuerit exercitum Addimus 3), quod nobis aliunde constet, Principes Zolleranos adhuc hodie, cum tamen nulla Ecclesiastica bona possideant, idem jus ferè quotidie in actum deducere. Sed non nisi apparenter hæc nobis adversantur: I. enim Kressio satisfite & testimonio Cameræ, quod ipse c. 3. s. 7. p. 39. suggerit; ex ejus enim verbis: *und nun überall observirt wird*, oppido manifestum est, jus illud tum demum ubique in Ducatu isto cœpisse observari. II. è Pufendorffii charta nil colligi potest, nisi alterum horum, vel quod Principes Seculares quandoque Clericos sint imitatis, & sic in suis quoque terris hagtolzatum nonnumquam introduxerint, præsertim quia novimus, brachium seculare semper ad suppetias ferendas Ecclesiastico teneri; vel quod forsan Princeps Guelpherbytanus hoc jus ceu advocatus alicuius Ecclesiæ (maxime cum in hoc rescripto formula *als Landsberrn &c.* KRESS. p. 68. non reperitur, sed serius demum obvia sit) exercuerit, quemadmodum constat, advocatos læ-LEUKFELD. *antiq. Paldens. in append. IV. p. 286.* Imo quid si fateamur, hanc chartam, quasdam nostræ hypothesi creare molestias? longe tamen majores creat Ludevigii & Kressii sententiis: illius, dum negat, jus hoc ante reformationis tempora cognitum fuisse; hujus vero, dum ab eo prorsus alienus est, quod circa servos illud locum habuerit, cum tamen disertè dicatur: *Nachdeme unser Underfate Hans Tom Broke uns mit alle sinem Gut vor eynen Hagenstolzen eghen worden* i. e. mancipium & proprium factum esse, & quidem quoad personam adhuc viventem non solum quoad bona: cum non dicatur: *Nachdeme all sin Gut als eines Hagenstolzen eigen worden*, sed: *Nachdeme er mit all sinem Gut. &c.* III. Quod attinet, optassemus quidem, ut Factor iste, ad quem hujus rei certo explorandæ causa literas sed incautum dedimus, nobiscum benevolè vel quædam saltim communicasset; interim quidem exinde, si res ita sese habet, mirificè nexus intelligi posset, qua ratione per fundatorem Albertum Zolleranum hoc jus ad Monasterium nostrum transire potuerit? & sic origines hujus juris Alpirspacenses facillè forsan explorari possent; verum quoad origines rei & juris ipsius exercitium Zolleranum nostræ opinioni non obstat, partim quia non continetur *in der Hechingischen Landsordnung*, unde procul dubio singulares suos natales habet; partim quia Princeps aliquis illud quondam, forsitan Clericos imitaturus vel ex horum instinctu, in rep. sua constituit, partim quia, si eo tempore, quo Monasterium Alpirspacense fundatum est, nasci cœpit jus illud, præcisè in ea tempora incidit, quo Gregorius VII. Pontifex a. 1085. mortuus cœlibatum Cleri perfecit. Cetero quin cui, uti diximus, minus ad palatum erit nostræ hypothesi illi non refragabimur, si fundamentum illius in localium servitutum speciebus vel libertinorum conditione quærendum existimaverit.



- 10) *Cap. 2. §. 12. p. 27.* Unde etiam cum laudato KRESSIO. *c. 6. §. 1. p. 87.* statuere nollem, iustitiam ad jura fisci, quæ Monasteriis raro compererunt, esse referendum.
- 11) Confundit hæc duo manifestè LUDEWIGIUS, hæreticius jus tempore Reformationis, antea penitus ignotum, demum fuisse natum, quod quasi ex tripode, uti solebat, dicitur; & juris hujus exercitium dicto tempore una cum bonis Ecclesiasticis ad Principes seculares transiisse, antea iis vel plane non vel rarissime usitarum, quæ nostra est, præfiscini dicta, sententia.
- 12) Id quod remissiones & relationes ad ejusmodi documenta in urbario sæpius obviæ demonstrant, quales occurrunt in ejusd. *fol. 12. 30. 32. & alias passim.*
- 13) Vid. Exc. Dn. Dr. *Christ. Frid. HARPPECHT. in fontib. jur. civ. Wurtemb. præloq. art. 2. not. ff. p. 24.*
- 14) P. *Cherub. MATR. in Trismeg. jur. Pontif. Append. L. I. dist. 1. n. 3. seqq.*
- 15) *Cap. 12. x. de pœnitent.*
- 16) *BARBOSA de offic. & potest. paroch. P. 2. c. 20. n. 12. seqq.*
- 17) Saltim per indirectum arg. *Clem. 2. de etat. qualit. & ord. præficiend.*
- 18) Præsertim quidem nostram hypothesein evertere videtur divisio Sacramentorum, Juri Canonico solennis, in necessaria & voluntaria, quorum posteriori classi discrete annumeratur matrimonium per *can. 39. c. 1. q. 1. cap. 8. x. de transact. & versiculum memorialem*

*Ordo thorusque voluntatis, dare quinque necesse est.*

Sed revera nos hæc non feriant, apparet enim e PANORMITANO ad rubricam tituli decretalium *de Sacramentis non iterandis*, fuisse olim, qui dubitarint, utrum nolens vel ordinari vel uxori in statu salutis esse queat? Sic etiam auctoritas Aristorelis, necessitatem matrimonii ex ipso instinctu naturali demonstrantis, quam Scholastici, magnum in Ecclesiam & republ. influxum nacti, presse plerumque secuti sunt, non planè nullius hac in re forsan fuit momenti; quid? quod & Judæorum doctrinæ aliquid contulisse queant, ut persuasio de matrimonio a certo saltim hominum genere ex necessitate ineundo invaluerit; & quamquam horum omnium nonnisi particulares & privatæ fuerunt opiniones; tamen ex hoc ipso ratio reddi potest, cur in tam exiguo regionum numero hagenstolziatus pedem fixerit? Ceterum ex antiquis istis opinionibus derivari etiam posse putamus, quod alibi opifices necessitate matrimonium ineundi constructi sint, KRESS. *c. 1. §. 4. p. 16.* Alibi ad consulatum & scabinatum &c. adspirare non possit nisi uxoratus, uti v. g. in statutis Tremonienibus ab Imp. Ludovico BAVARO, a. 1332. sancitis, dispositum legimus.

18) Quem



19) Quem favorem jamjam Patres Ecclesiae promoverunt vid. HIERONYMUS ad Psalm. 36. v. 7. AMBROS. de consecr. virgin. Libr. 3. JUNG. SOZOMEN. in Hist. Eccl. L. 1. c. 9. EUSEB. in vit. Constant. M. L. 4. c. 26, & quos allegat COTLERIUS. in notis ad libr. 2. Pastoris. cap. 4. GRONOV. in thesaur. antiq. Græcar. Tom. VI. col. 3770. confirmavit eundem Constantinus M. tollendo veteres cœlibatus pœnas in L. 1. C. de infirm. pœn. cœlibat. Anathemate vero profusus in expugnabilem reddidit CONCILIUM TRIDENTINUM Sess. VIII. can. 10.

20) Omnium hoc prolixissime persecutus est B. BÖHMER in Diff. de secund. nupt. præcip. personar. illustr. c. 1. s. 21. & m. seq.

21) Argumenta hujus rei desumi possunt partim ex eo, quod a BOEHMERO loc. citat. s. 34. & seqq. demonstratur, Clericorum scilicet secundas nuptias longè magis exolas fuisse, quam Laicorum; partim ex eo, quod plerique statuunt, magnam nimirum pœnarum in secundas nuptias jure civili sancitarum partem jure Canonico fuisse remissam. KIPPING. de partu dubio. s. 6. in fin. p. 22. LETSER sp. 300. ad ff. med. 19. ut itaque illæ non tantopere odiosæ Jure Canonico dici queant. Imo jam TACITI tempore, uti patet ex ejusdem cap. 19. de M. G. odia in secundas nuptias inter Germanos, nondum infectis moribus videntes, prodita erant, inde non possunt non pœnæ in illarum omissiones statuta peregrinis juribus adscribi: Quinam vero majori cum veritatis specie adscribamus, utrum Romano? quod easdem extremè persequitur, an Canonico? quod remissius de iis statuit.

22) Sub finem hujus sphi digredi adhuc lubet in disquisitionem, ex illa de juris hujus originibus proxime fluentem, utrum scilicet hagshtolziatus sit species servitutis, an vero pœna cœlibatûs, an nudum status cœlibatus consequens? ubi vero non tam decidemus, quam varia potius argumenta recensebimus. Speciem servitutis esse, idcirco nobis persuadere vix possumus; quoniam nulla Germanorum lege doceri potest, cœlibatum inter modos, quibus quis libertatem amittit, umquam fuisse relatum; matrimonium quidem eo pertinuisse certis casibus, constat; sed de cœlibatû proditum est nihil. Insuper KRESSIUS vult, hagenstolziatum ad servos planè non pertinuisse sed ad liberos homines. C. 2. s. 7. & s. putarem quoque, si servitutis speciem præ se tulisset hagshtolziatus, cœlibes etiam aliis oneribus, quibus alias servi constringuntur, factos fuisse obnoxios, neque solam ille successiõnem sine dubio tulisset operatus. Interim repetimus & hic, quæ jam in not. 9. hujus sphi scriptimus, & cui hæc sententia placeret, forsân argumentum non omni specie destitutum inveniret in documento Pufendorffii supramemorato. Altera sententia, quod è solo cœlibatus statu fluat, quæ KRESSII est, nobis planè non videtur philosophica; aut enim è statu cœlibatus quali fluit, & necessarium est, ut, ubicunq; reperitur cœlibatus vel cœlebs, ibi & deprehendatur jus hagshtolziatus, idque sine respectû ad certum ætatis terminum: aut non fuit è statu illo per se spectato, sed





in ratione ulteriori a LLatore superaddita; & sponte cadit Kressii sententia, ratio enim ulterior illa quaerenda est vel in servitute vel in poena coelibatus, cum tertium vix detur; & sic delabimur iterum ad nostram hypothesin, quod quippe sit poena ob contemptum Sacramentorum coelibibus dictata, sed simul dogmatis nonnisi particularibus horum illorumve Clericorum introducta. Tolerabilis ramen & haec nobis videtur sententia, (nisi quod aetatis termini ratio dari nequeat,) si nempe quis libertinorum sine prole & uxore decedentium statum huc referre velit. Cum enim Germani ferè ignorarent illud Jus Patronatus, quod apud Romanos in usu erat. Vid. ramen LEG. Longobard. L. II. tit. 14. per libertatis dationem autem dominus omni jure suo, quod sibi non expresse reservabat, POTGIESER. *Libr. IV. cap. 15. §. 5. not. a. pag. 786.* sese abdicasse censetur, è contrario liberus coelebs legitimos heredes non haberet; ideo deinceps hoc mortuo non manumissor, sed vel Princeps vel Ecclesia, quorum Mundiburdio plerumque liberti suberant, POTGIESER. *Libr. IV. c. 14. §. 2.* horum hereditates, si coelibes decedebant, saltem inter nonnullas gentes capiebant. LEG. Ripuar. *Tit. 57. §. 4.* POTGIESER. *d. l. 4. c. 4. §. 16.* quod jus deinceps, cum ad alios non libertos etiam ob usum regionis porrigeretur, generali hagsfolziatus nomine comprehensum fuit. Atque haec sunt conjecturae nostrae, quas propterea prolixius propinavimus, partim quia putavimus, idem jus nobis esse quod aliis, mentem scilicet, quantum satis est explanandi; partim quia persuasi sumus, pleraque Germaniae jura, & sic etiam hagenstolziurum, inter diversas Germaniae gentes, non semper arctè inter se cohaerentes, diversis etiam ex causis esse orta, & parum feliciter progressurum, qui jura Germanorum etiam similia ex eadem origine deducere obfirmato pectore contenderet. Habes igitur B. L. è diversis nostris propositis opinionibus cui dicas, tu mihi sola placeas, certi enim his in rebus nec determinavit haecenus, nec futuro tempore facile determinabit Oedipus etiam longè felicissimus.

## §. II.

Immorabimur paullulum huic juri; ubi multa occurrunt momenta, quae plurimis subinde controversis ansam dederunt, & hinc peculiari discussione non sunt indigna. Videbimus autem *primo*, quinam in classem Hagenstolziurum referendi sint? De coelibibus & viduatis 1) personis utriusque sexus admodum perspicue loquitur liber consuetudines & jura Alpirspacensia complexus, quando nimirum illae per 50. annos 2), & quidem a tempore nativitatis computandos, conformiter verbis urbarii: *Bisß in die 50. Jahr ihres Alters:*

G 3

in



in coelibatu permanent: hæc vero, quando per triginta annos, a tempore soluti primi matrimonii numerandos, ad secunda vota non transeunt, & sine prole moriuntur. Nollemus tamen Hagstolziis accenfere illos, qui, quinquagesimo vel trigesimo anno licet elapso, adhuc matrimonium ineunt; sufficit enim Sacramento illos esse usos. Admodum singulare jus viget penes Monasterium St. Georgii 3), vi cuius non modo jam jam duodecimo anno mares, & fœminæ decimo quarto pro Hagstolziis habentur, sed & hoc ipso citius illis, quam his pubertas adscribitur. Utrum vero hæc planè inaudita, & cum nulla alia comparanda dispositio ex errore & abusu, vel sœlidis suis fundamentis ortum traxerit 4), ob defectum documentorum & tenebras hujus rei determinare haud possumus, sufficit autem, ita dispositum esse. Quæritur heic, an & illi Hagstolziarum in classe sint collocandi, qui præter suam culpam, morbo vel inhabilitate impediti, cœlibes moriuntur? Negant id DDres communiter 5), & nobis æque sentiendum est, quando a necessitate fruendi Sacramentis rem repetere volumus, cum illi semper excusentur, qui non dolose sed justa impediti causa illis abstinent. Solus KRESSIUS 6) abit in alia omnia, dum Hagstolziatum ex cœlibatu tantum derivat, adeoque & furiosos, medicos, morbo laborantes & similes in horum classem refert. Verum vel solus ætatis & temporis terminus, L. nimirum & XXX. annorum, demonstrat, non per solum cœlibatum sed, per voluntatem cœlibatus Hagstolziatum induci; apparet ergo pœnæ cujusdam rationem illum habere intuitu ejus, quod ex lapsu annorum colligi potest; quid vero est, cui pœna dictari possit, præter Sacramentorum contemptum? cum enim de animo & voluntate alias in foro judicari non possit, ideo constitutus est dictus annorum numerus, ut ex illius lapsu tacitus Sacramentorum contemptus & simul deinceps pœna queat induci: ubi vero, uti in furiosis, mendicis, morbosis &c. præsumtio ista cessat, ibi & pœna debet cessare. Quando autem ex libertinorum conditione derivari vult Hagstolziatus, tunc omnino recentisæ personæ omnes illi sunt obnoxia, & sufficit, quem esse



cœlibem. At nec secundum nostram hypothesin Hagstoziorum numero possemus eximere, qui sub amoris erga conjugem defunctum colore tædas nuptiales continuo volunt extinctas; hæc enim exceptio in solo consistit animo, de quo in foro vix judicamus, cum tamen ad excludendum jus domini externa quadam re atque in oculos incurrente opus sit, alias enim sub quovis prætextu facile istud posset penitus interverti.

- 1) Prorsus singulare hoc non est, uti nonnulli putant, nam & in Comitatu Zollerano, cujus hac in re consuetudines cum Alpirspacenibus amicè conspirant, viduatas personas huc referri ajunt. Quas vero KRESSIUS excusat in terris Guelpherbyt. ab Hagenstoziatu foeminas in c. 4. §. 5. seqq. penes nos & in tractu Hechingano non excusantur sine dubio propterea, quia in dubio credendum est, has etiam matrimonio ineundi occasione non fuisse destitutas.
- 2) Qu. an quinquagesimus annus cœptus sufficiat? & non putamus, sed completum requirimus, non præcisè ob pœnam, sed quia tempus deliberandi, an quis cœlibatum mutare velit, 50. annorum spatio terminatur, termini autem prolongatio semper favorabilior est quam coarctatio. F. C. HARPPRECHT. *Conf. Nov. XII. n. 77.* maxime cum hic terminus in favorem hagstozii & heredum legitimorum adjectus videatur: neque dicitur *bis in das fünfzigste*, sed *bis in die fünfzig Jahr &c.* quod involvit superatum esse annum quinquagesimum; & quia in omnibus causis, ubi lege aliud expressè definitum non est, naturalis computatio servari debet. LAUTERBACH. *in Diff. de crimin. præscript. th. 19. num. 5.*
- 3) Adjunct. N. 6.
- 4) Miratur etiam SCHERZIUS *in §. 11.* hanc dispositionem. Ex errore illam promanasse, nolumus quidem temerè asserere; convenientior ergo huic statuto videtur illa hypothesi juris hagstoziatu, qua id è libertinorum statu derivari posse diximus, forsan & ad liberos illorum cœlibes mortuos extensum. Ceterum manifestum est ex hoc, hagstoziatum non ubique certo ætatis termino fuisse adstrictum, idque etiam in ditone Hechingensi sic se habet; nam urbanarium, uti è fama percepimus, ibi planè nullius anni, quo quis hagstozius fieret, meminit, sed observantia duntaxat annus quinquagesimus introductus est.
- 5) BEYER. *in specim. Jur. Germ. c. 12. §. 34.* WERNHER. *cit. supr. dissert. §. 28.* FICHTNER. *de præm. polypæd. §. 35.* D. D. SCHOEPE. *Vol. VIII. Conf. 16. n. 15.* etiam in Comitatu Zollerano exemptos esse ab hagsto-



hagstoziatu cœlibes quidem inhabiles, magis tamen ex gratia; viduatas autem tum demum eidem subjugari, quando legirimam matrimonii non iterati rationem vel ipse vel heredes allegare non possint, nobis fuit relatum.

6) Cap. VIII. §. 1. 2.

## §. 12.

Progredimur jam quoque ad effectus Hagstolziiatus; ubi complures ita sentiunt, quod Hagenstolzii, sicut olim Latini Juniani, vivant ut liberi, moriantur ut servi, i. e. ut quidem jure contractuum gaudeant, & de rebus suis inter vivos disponere possint; verum testamenti factione activa careant 1), neque per negotia mortis causa celebrata in alios quidquam transferre possint. Quamquam enim, uti nos cum KRESSIO arbitramur, Hagstolzii non sint servi, attamen illorum hereditas æque ac fervorum, id quod superius saepe contigisse diximus, domino deferatur. Utrum vero intestabiles plane propterea dici mereantur, & quænam bona defuncti sub hac Hagstolzii hereditate domino deferantur, infra dispiciemus. Penes cœlibes igitur dominus excludit parentes, fratres, & omnes ab intestato venientes heredes; penes viduatos autem antecedit ascendentes & collaterales, non autem descendentes, secundum verba: *und nit Leibserben hinter Inen verlassen.* 2) Quidsi autem cœlebs relinqueret prolem ex consponsis natam, cujus mater vel pater ante benedictionem sacerdotalem mortuus est? putamus, hoc in casu dominum excludi, quia de praxi ejusmodi liberi ad parentum successione admittuntur 3). Quidsi porro vidua, ante XXX. annos posthumum vel filium enixa, deinceps perstiterit in viduatu, moriatur autem anno trigesimo primo vel secundo post solum matrimonium, cum sex mensibus ante ipsius obitum filius etiam vita functus fuisset, num & hæc hagenstolziatus juri subest? ex nostra sententia, quamvis persona defuncta sit improlis, & quamvis per XXX. annos in viduatu vixerit, tamen hagstolziatui subjugari haud potest ex  
 hac



hac ratione, quia non tenebatur ante mortem filii ad secunda redire vota, cum quamdiu adsunt liberi, hagstolziatus locum non habet; adeoque XXX. illos annos demum ex morte filii, si non illæ personæ, quæ semel legitimos liberos enixæ sunt, penitus eximi ab Hagstolziatu debent, computare fas est 4).

- 1) Id quod asserunt KRESS. c. 4. §. 8. SCHOTTEL. §. 11. BOEHMER. in *diff. de secund. nupt. illustr. personar. cap. 1. §. 66.* IDEM *resp. 654. supracit. n. 3.* & alii. Longius planè procedit, quam omnes, PUFENDORF. *Obs. 92. supracit.* qui dispositionem de bonis omnem & mortis causa & inter vivos hagstolziis prorsus denegat; verum hoc nec ullus umquam Jctus asseruit, nec documenta, quæ ipse Pufendorfius profert, hoc probant, nec nostro urbario idem conforme est.
- 2) Adjunct. N. 6.
- 3) F. C. HARPPRECHT in *Diff. de Jur. liberor. à despons. ante benedict. Sacerdot. procreat. n. 216. §. m. seqq.* id quod tamen ad spurios non ulterius extendendum, nisi quod fisco præferendi videantur in portione illa sexta, quam ipsis assignat *Jus Prov. Wurtemb. in P. IV. Tit. 18. §. Wann aber &c.* conformiter juri communi, ex hac ratione, quia urbarium generaliter *Leibs-Erben* absque distinctione, seu sint legitimi seu illegitimi, requirit; Verum cum infra demonstretur, absurdum esse nudum illud generale argumentum; ideo & quoniam hagstolziatus, uti plerique censent, est poena cælibatus & contemptus sacramenti, refræmandæ libidinis causa simul introductus; & vero cælebs & contemptor Sacramenti & vagæ libidinis sectator esse non desinat, qui stupro prolem genuit; ideo talem fisco nequaquam præferendam arbitramur; quamquam enim proles ipsa sit innocens, tamen & reliqui hæredes sunt innocentes, & absurdum esset, spurio majorem tribuere favorem, quam v. g. fratribus & cognatis legitimis.
- 4) Nihil est, quod opponas, nisi quod urbarium generaliter loquatur, illas personas hagstolziatui subigendo, quæ viduæ moriuntur nullis liberis relictis; atqui hæc in cælibatû s. statû viduato & sine liberis mortua est; Ergo. Sed respondemus, nobis sufficere non videri, ut per 30 annos in viduitate vixerit, sed requiri, ut per 30. annos in statû vixerit, in quo debuisset rursus nuptias celebrare; alias enim sola viduitate & orbitate, absque adjectione certi temporis, niti deberet jus hagstolziarum, quod non est; at vero vidua, qualem nos supponimus, non vixit per 30. annos in statû, quo nubere secunda vice obligata fuisset; nec fisci jus incipit, nisi ex tempore mortis filii, ergo nec hic potest ad successionem in nostro casu aspirare.



S. 13.

Cum itaque hereditates Hagstoziorum fisco 1) deferantur hodie vel proprie domino; tria hæc paulo accuratori disquisitione digna sunt, I. Utrum ejusmodi persona plane non, & ne ad pias quidem causas, testamento aliquid relinquere? II. an nec contractu vitalitio mediante ad alios bona sua transferre? & denique III. an pater uni alterive liberorum, de quo metuit, ne fiat Hagstozius, in præjudicium fisci vulgariter vel pupillariter substituere possit? PRIMUM quod attinet, observamus quidem, Doctores ferè communiter & uno quasi ore Hagstolziis jus testamenti, præsertim ad pias causas condendi, & sic dominum excludendi tribuere, quæ ipsa recepta fere quoque Collegii nostri 2) opinio videtur. Quoniam vero contrariam sententiam a multis & præsertim intuitu Monasterii nostri adoptatam ex actis nobiscum communicatis perspeximus; periculum faciemus, quousque aliquo colore mediante salvari opinio hæc posterior possit? Recensēbimus itaque argumenta, quæ pro asserenda, & quæ pro excludenda testamenti factione afferri possunt. Illis igitur annumerandum est I. quod urbarium Alpirspacense ne verbo quidem mentionem inferat prohibita testamenti factionis, verum II. duntaxat & unice disponat, *daß das Closter solche Leute erbe*; jam vero III. vox *Erben* successionem involvit, & quidem, cum IV. duplex detur successio vel ab intestato vel ex testamento, eo ipso etiam sequitur, ut, cum secundum dicta testamenta non prohibeantur, *Erben* de successione ab intestato sit capiendum, ita, ut jus Hagstoziatum in mero jure succedendi ab intestato consistere videatur. Deinceps V. notum est, quod servi in Germania jamjam, uti volunt, seculo XII. testamenti factionis \*) participes reddituri fuerint, multo minus ergo Hagstoziiis hoc jus denegari poterit, cum vel in servorum numero non stent, uti supra diximus, vel, si etiam servi sunt, tamen deterioris conditionis esse haud possunt, quam reliqui Germaniæ servi: præsertim & ex hac ratione, quia VI. admodum probabile est, quod, si hæc

H

mens



mens esset urbarii & documentorum, è quibus illud confectum fuit, ut etiam testamentorum condendorum adimeretur facultas, quæ tamen VII. juri naturæ à multis adscribitur, sine dubio ejus vel mentio facta fuisset, vel plane VIII. fieri debuisset, cum per plura secula jamjam omnes in Germania mediante Jure Romano testamentorum participes redditi essent; Unde, et quia IX. de testamentis dispositum nil est, merito contra Urbarium tamquam obscure loquens interpretario præsertim ex causa restringendi odii & pœnæ facienda videtur. Pro negativa autem faciunt sequentia I. jus hagstozii succedendi sine dubio est jus pœnale particulariter, ob contemptum sacramenti saltim præsumtum, introductum: jam vero II. si testamentifactio integra illis esset, absurdissimam hæc pœna rationem haberet, cum nonnisi innocentes heredes ab intestato punirentur, nequiquam vero ipsius hagstozii tener erga suos, qui de quolibet præsumitur, affectus; potius igitur III. in hoc consistit pœna illa, ut quemadmodum hærenici, usurarii manifesti atque alii intestabiles per jus Canonicum & civile commune redditi sunt; ita eadem pœna ad hagstozios per pecularia locorum quorundam statuta extensa sit. Accedit huic VI. quod, quemadmodum dominus parentes & omnes proximos heredes excludit, ita ille necessarii heredis rationem habeat, qui æque ac parentes excludi non potest; præsertim cum V. omnes illi, quorum bona certo cuiusdam modo succedendi obnoxia sunt, id quod Germanis venit sub nomine *des Verfangenschafts-Rechts*, testamenta condere impediuntur, uti fideicommissis gravati, vasalli, liberti de jure etiam Romano & alii; præterea VI. si testamenta condere hagstozii foret integrum, jus domini ab intestato succedendi plane inutile foret, cum vix ullus cœlibum testamento heredem sibi tempestive designare omitteret; quo respectu VII. omnino argumentum admitti potest, quod urbarium, generaliter & indefinite loquens, generaliter etiam sit exaudiendum; præsertim cum VIII. satis constet, quod antiqui non semper adeo exacti in exprimendis & consignaendis juribus suis fuerint, & IX. verba urbarii: *und nicht Leibs-Erben hinter Ihnen verlass*  
*sen,*



sen, restrictiva, omnes heredes, adeoque tam ab intestato quam ex testamento venientes, excludant 3). Patet igitur ex hisce simul, quod, si jus hagsfolziatus non consideratur ut poena coelibatus, vix ulla ratio supersit, cur secundum verba urbarii nostri testamenti factione interdicti possent hagsfozii: pone enim, hagsfoziatum esse speciem servitutis, pone esse ex statu; profecto facile evinceretur, quod, cum servis jam à plurimis inde seculis ferè ubique heredes scribendi facultas tributa sit, cum statuta, quæ testamentorum libertate, inde à multis seculis post introductum scil. potissimum jus Rom. omnibus tributa, solius successionis, ne verbo autem prohibita testamenti factionis, mentionem faciunt, omnino etiam ad normam juris communis explicanda sint, utrumque illud fundamentum ad excludendam testamenti factionem non sufficiat: neque qualitas bonorum hanc in rem omnem nodum solveret, cum partim *Verfangenschaftsrecht* sit jus Germanicum quam maxime particulare, partim vix ullo genuino fundamento evinci possit, quod bona ipsa fisco devincta sint, cum non sequatur, fiscus habet jus succedendi, ergo cessat jus testamenti factionis, nam fiscus habet v. gr. jus occupandi bona vacantia neutiquam vero propterea prohibitum est, illum testamento mediante excludere. Quod jam SECUNDUM caput propositarum ab initio hujus Sphi quæstionum nimirum contractus vitalitios attinet, propemodum majores adhuc circa eandem difficultates oriuntur, KRESSIUM 4) quidem si audias, facile nodus solvitur; nam is omni alienatione, quæ in detrimentum fisci vel domini suscipitur, Hagsfozios interdictos vult; sed partim ipse hæc restringit cum SCHOTTELIO 5) duntaxat ad jam infirmos & mox morituros alienantes, partim quando de probatione hujus asserti quæritur, penes Schottelium plane nullam deprehendes, penes Kressium autem ad vetus illud sanitatis 6) in jure Germanico ad alienandum requisitum provocatum observabis, quod vero & nobis non adversatur, & contrario multorum seculorum usu plerubique, nisi per peculiaria statuta conservatum, evanuisse satis notum est. Auget hæc

H 2

diffi-



difficultates, quod, uti omnibus convenit, Hagstozii jus contractuum negotiorumque inter vivos celebrandorum illa-  
sum atque integrum sit \*\*); jam vero contractus vitalitii,  
vel ipso negotii nomine demonstrante, sine dubio in classe  
negotiorum inter vivos collocandi sunt; ut taceamus Hagsto-  
zios ex omnium confessione homines esse liberos, adeoque  
omnia ipsis jura esse integra, quæcunque per statuta loco-  
rum diferte non sunt adempta. Interim quemadmodum in  
rebus juris Germanici communiter consuetudo & observantia  
omne punctum ferunt, ita si dominus probare posset, quod  
illa, uti quodammodo Alpirspaci per complures nobis com-  
municatos casus pedem fixisse videtur, (quamquam per sola  
urbarii verba 7) contractus vitalitios irritare non possemus)  
ritè & legitime introducta sit, omnino contra istos contractus  
judicandum esse, persuasissimum habemus; imo si manifestum  
est, ejusmodi contractum nonnisi in fraudem fisci 8) vel do-  
mini ab Hagstozio, jamjam mortis candidato divite præsertim,  
celebratum fuisse, eundem recte infirmari, seposita etiam  
consuetudine, penitus arbitramur. Superest TERTIA quæ-  
stio, de jure parvis liberis in præjudicium vel fraudem domini  
substituendi: atque hanc pariter penitus negandam censemus;  
licet enim patria potestas vel potius generatim facultas se-  
cundum heredem sibi scribendi jure communi concessa ne-  
mini adimi possit; tamen nemo facto suo impedire potest,  
quo minus leges locum habeant, neque cautelis suis efficere,  
ne poenæ coelibatui dictatæ irrogentur. Aliud igitur dicen-  
dum est, quando pater non animo defraudandi dominum,  
sed v. gr. ejusmodi liberis substituit, de quibus exploratum  
est, quod matrimonio ineundo minus idonei sint 9), cum  
heic nullum patiatur dominus damnum.

1) Ad fiscum quidem pertinere hodie bona hagstolziarum ait BOEHMER.  
*resp. 655. n. 9.* verum originetenus non potest dici fuisse jus fisci; ne-  
que Monasteria Würtemb. jus fisci habuerunt, adeoque loco fisci sem-  
per ferè de domino, illo scilicet, cui competit jurisdictio fecimus  
verba.

2) Magn. Dn. D. SCHOEFF *in Vol. VIII. Conf. Tub. cit. XVI. n. 7. seqq.*  
legata



legata etiam & dispositiones ad pias causas condendi facultas Hagstolziis in Comitatu Zollerano integra est.

\* ) Uti evincit POTGIESER. *L. II. c. 11. §. 2.* quamquam haud dissimulandum sit, aliud plane ZASIUM testari *singular. resp. Libr. 1. cap. 3. num. 77.*

3) Inter omnia argumenta quæ pro fisco alias afferuntur, miserimum nobis, uti jam dictum, videtur, quod proinde ne quidem numero nostrorum aggregare volumus, quando ajunt, urbanium generaliter loqui, & successionem fisco adscribere, nulla distinctione interposita, sive testamentum condatur sive non; quis enim est, qui ignoret, omnes Leges, nedum urbana & statuta, ex causis suis & rationibus vel restringenda esse vel extendenda. Ipsa lex divina de homicidio est generalis, quis autem propterea generaliter illam exaudiret? Neque profecto in hisce rebus semper ad observantiam provocari potest, quæ legem declaret; haud raro enim hanc incio Principe, stante pro ratione arbitrio, stabilitam observare licet. Denique monendum adhuc est, frustra nobis forte objici, quasi in rationibus pro fisco & contra eundem allatis confundamus Jura Germanica cum Romanis; si qua enim ulla in re universali desitimus jure Germanico, profecto in hagenstolziatu id deest, adeo ut ad nullum nisi Rom. jus per necessariam consequentiam recurrere queamus.

4) *Cap. IV. §. 7. p. 64. sq.*

5) *§. 17. p. 15.*

6) Quod ceteroquin frequentissimè in Legibus Germanicis obvium est, & venustæ peculiaris tractationis materiam præberet. Nonnulla in hoc argumento præstitit, sed simul multa reliqua fecit. EISENHART. *in den klein. Schrift. 2. Th. 5. St.*

\*\* ) Maximè cum & in aliis negotiis juris Germanici non sequatur, bona alicujus post mortem ad certam quamdam personam successione devolvi, ergo illum, cui succeditur, inter vivos non posse de iis disponere. vid. BERGER. *de discrim. bonor. uxor. §. 38.*

7) Qua in re nobis gratulamur de B. SCHERZII Viri rerum Germanicarum peritissimi consensu in §. 25. *supracit. dissert.*

8) Arg. *L. 1. §. 1. ff. de jure fisci. L. 4. §. 46. cod. L. 6. ff. que in fraud. cred. L. 5. C. de privil. fisci.* HOFMANN. *de annis, quib. quis sub pæn. matrim. cap. 2. §. 10.*

9) Præsertim cum hic nulla adsit prohibitio legis; imò constat, quod substitutus fisco ordinarie, planè etiam in successione hominum proprietario, excludat F. C. HARPPRECHT. *de jur. mortuar. cap. 4. n. 71. seqq.*





nec ulla adeſt ratio, quæ patrem prohibet; cum bonis potius propriis, quam liberorum, legem ſcribat, & ne duriffimæ quidem ſervitutis in Germania adſtricti, vinculo ab eo inde tempore, quo teſtamenti factio ſervis communicata fuit, hodie ferè impediuntur inter liberos ſuos quocunque modo teſtari. STOLZE *diff. de ſucceſſ. fiſc.* §. 20. F. C. HARP-  
PRECHT *d. c. 4. n. 80. & 89. & ſeqq.* THOMASIIUS *in diff. de uſu pr.*  
*diſtinct. homin. in liber. & ſerv. cap. 2. §. 55.* Dn. D. SCHOEPP. *d.*  
*Conf. XVI. n. 16.*

## §. 14.

Dictum eſt, quod contractibus vitalitiis, ab Alpirſpacenſibus Hagſtoziis celebratis, obſervantia videatur refragari; hæc tantisper ergo ſuppoſita, non immerito quæritur, utrum fiſcus Hagſtozio, ejusmodi contractus celebratione interdicto, deinceps vero adverſa fortuna bonis lapſo, & ad incitas redacto, de alimentis proſpicere teneatur, an vero piis corporibus, quæ vocant, hoc onus incumbat? Abſolvendum autem eſſe dominum ab alendi onere omninò arbitramur; partim quia à jure ſuccedendi non ſemper valet conſequentia ad onus alendi 1); partim quia dominus prohibendo contractus vitalitios, ubi per conſuetudinem hoc poteſt, ſuo jure utitur 2), & hinc nullo incommodo afficiendus eſt, licet deinceps prohibitus bonis labitur: bona etiam eccleſiaſtica & piorum corporum jam certo modo quaſi à Principe in hunc finem 3) deputata ſunt, ut exinde pauperes, qui ſunt membra reipubl. alantur; iniquum itaque foret, Principi tamquam domino onus Hagſtozii è fiſco alendi adſcribere velle, ex ſola ſucceſſionis, quam ſperare poterat, ratione. Secundum noſtram igitur ſententiam potius ex eccleſiaſticis bonis, quam à Principe alendus eſt Hagſtozius egenus 4).

1) *L. 12. §. 3. ff. de admin. tut.* SURDUS *de alim. tit. 1. qu. 25. num. 7.* quamquam non negemus, regulariter eſſe connexa commodum ſuccedendi & onus alendi. arg. *L. 10. ff. de R. J.* BECKMANN. *de alimentat. perſonar. ad ſucceſſion. inhabil. §. 12.* LAUTERBACH. *Vol. II. Conf. Tub. 65. n. 45.*

2) Non ergo injuriam facit illi, qui alimenta hagſtozio, bonis deinceps lapſo



lapso, præbere debet. *L. 55. de Reg. Jur. L. 1. §. 12. de aq. quot. & astiv.*

- 3) FAUST. *ab Abschaffent. in Consil. pro arar. Class. IV. ord. 157.* SCHILTER. *Exerc. 18. ad ff. §. 36.*
- 4) Quæritur autem, utrum fiscus piis corporibus ad restitutionem erogatorum teneatur, quando Hagstolzius ante obitum ad insignem meliorem fortunam rursus pervenit? putamus autem, eundem non teneri; quamquam enim bona ecclesiastica semper difficulter & non, nisi ferè cum spe illa recuperandi, alienentur, vid. *tot. tit. de reb. Eccles. alien. vel. non.* quamquam Doctores id, quod in alimenta erogatur à piis corporibus, quasi in mutuum quoddam incidat, contemplantur. F. C. HARPPRECHT *Conf. Nov. LXX. n. 169. & seqq.* cui planè nonnulli, licet absque lege, hypothecam tacitam adscribunt. BEUTHER *de jur. prelat. cap. 5. & 6.* quamquam denique repetitio tunc non deneganda sit, quando administratores piorum locorum expressè de repetitione protestati sunt, ad protestandum vero semper obligati videantur, ni Ecclesia ipsorum negligentia læsa adversus quemcunque, quoniam de damno vitando agit, restituenda foret; tamen propterea sine dubio à restitutione immunis est fiscus, quia partim alimenta hæc ex pietate data, quorum nulla est repetitio *L. 21. C. de negot. gest. LAUTERBACH. Vol. III. Conf. Tub. 190. n. 4.* SURDUS *de aliment. tit. 6. qu. 9. n. 3.* partim rationem elemosynarum habent, & ex bonis ecclesiasticis, quæ etiam patrimonium pauperum dicuntur in *Can. 28. c. XII. q. 1. Cap. 59. c. XVI. q. 1.* BOEHMER. *in 7. E. P. libr. 3. tit. 1. §. 46.* & in primitiva ecclesia restantibus CTPRIAN. *de oper. & elemosyn. p. 203.* EUSEB. *in hister. Ecclesiast. libr. 4. c. 39.* TERTULLIAN. *in apolog. c. 39.* & ulterius evincentibus THOMASSIN. *de vet. & nov. Eccles. discipl. P. 3. L. 3. cap. 26.* & LAUNOJO *de cura Eccles. pro miser. & pauperib. præsertim ad pauperes pertinebant, suppeditata & ab eo, qui illis indignit, suo quasi jure consumpta sunt.*

## §. 15.

Effectus igitur juris Hagstoziatu præcipuus consistit in successione; in quibus autem bonis hæc successio locum habeat, non uno eodemque modo definiri potest; alicubi enim hereditaria separantur ab acquisitis, ita, ut illa relinquuntur heredibus ordinariis; hæc vero vindicentur domino 1), unde etiam alibi distinguunt inter bona mobilia & immobilia 2), quorum illa dominus; hæc autem heredes capiunt. Alpini spaci distinguendum est inter bona allodialia & nexu quodam,

in



in sensu juris Germanici, feudali 3) devincta, quorum illa duntaxat, non autem hæc ad dominum transeunt 4). Cæterum hoc unicum adhuc addi meretur, ut paucis quoque dispiciamus, quis in casu, si bona Hagstozii ære alieno admodum gravi obruta deprehendantur, præferri debeat, utrum dominus an vero creditores? sed facilis est responsio, neque prolixa indiget discussione; dominus enim succedit, habetque rationem heredis 5), ergo omnino prius de bonis nihil suum facere potest, quam antea satisfactum sit creditoribus 6); imo si dominus absque beneficiis legalibus hereditatem adiret, fieri etiam posset, ut remedio aliquo extraordinario opus haberet, ni plane ultra vires hereditatis teneri vellet 7). Hæc vero jam de statu & jure personarum sufficiant; quibus circa jus rerum duntaxat nonnulla, non tamen nisi paucissimis, tum quia justo nimium dissertatio nostra jamjam excrevit, tum quia circa hoc tot singularia occurrunt, ut impossibile ferè sit, de singulis in tractatione academica, consuetis suis limitibus circumscripta, differere, adhuc addemus.

1) KRESS. c. 5. §. 1. & 2. Siquidem bona hæreditaria de antiquo Jure Germanico numquam hæredibus sanguine junctis eripi poterant invitis, DREYER. de restricta facultate alienandi bona hæreditaria. Neque etiam in confiscationem facile cadebant, uti è Jure Lubecensi, Legibus Scaniae, Slesvvicensibus aliisque probat idem DREYER. de cespital. test. requisit. §. 23. not. q. p. 112. jung. PUFENDORF. de jurisdic. Germ. P. II. Sect. 2. c. 2. p. 190. qui alibi etiam res Heergevverticas seu Expeditorias & Geradicas eximendas dicit. Obs. 58. P. II. p. 132.

2) Quorsum inclinat SCHOTTEL. p. 16. sed vid. KRESS. d. l. §. 3.

3) BURT im Lehenrecht. p. 686.

4) Adjunct. N. 6.

5) Hoc enim involvunt verba urbarii Alpirspacensis, quod habet *Erben*. Dubitari quidem posset, annon aliud dicendum foret, si Hagstozii bona seu servi dominus occuparet? Sed quod & tunc dominus analogicè quadam actione de peculio, quod penes servos etiam ipsis Germanis incognitum quondam non fuit, teneretur, & sic nihilominus creditoribus prius suum tribuere deberet, maxime cum naturale sit, ut in cujus commodum vergit bonorum augmentum, si quod evenit, is etiam agnoscat illorum decrementum; vix dubium habet.

7) Quo-



6) Quoniam bona non intelliguntur nisi deducto ære alieno. L. 72. ff. de jur. dot. L. 11. ff. de jur. fisci. L. fin. §. Sin autem as alien. C. de bon. quæ liber.

7) Secundum ipsum Germanorum adagium: *Wer einen Heller erbt, muß einen Thaler bezahlen.* HERTIUS L. 1. param. Jur. Germ. 78. quamquam non diffitendum, esse, qui hanc parcæmiam Juri Germanico convenire negant. MEVIUS ad Jus Lubec. P. 2. tit. 1. art. 6. n. 5. SCHILTER Exerc. 38. §. 151. BOEHMER in Consultat. & decis. jur. privat. 139. n. 27. quæ etiam, ubi jus hagstoziarus, ut in Wurtembergia, ad fiscum pertinet, nullius est effectus, cum fiscum ultra vires hereditarias non teneri per L. 1. §. 1. & L. 11. ff. de jur. fisci. communiter tradant Doctores. PEREGRIN. de jur. fisci. Libr. 4. tit. 3. n. 25. & L. 5. tit. 1. n. 64. Sufficit autem pro viribus patrimonii fiscum teneri.

## §. 16.

Singularia inter jura, quæ circa prædia occurrunt, primo loco notari merentur MORTUARIA REALIA 1), die Güterfälle, è plerisque prædiis in tractu Alpirspacensi sitis præstanda; quæ generaliter ita comparata sunt, ut, quicumque prædia 2) tenent, Monasterio Alpirspacensi jure dominii directi devincta, quin & alicubi, qui areas 3) possident, si vædes superstructæ sint siue minus, optimum caput fato functi relinquere debeant domino; quotquot igitur prædia quis possidet vel areas, tot etiam mortuaria è bonis ipsius capiuntur. Peculiaris vero indoles est illorum prædiorum, welche in das Todten - Gericht gehören, quodsi enim unum ex his unicus possessor integrum possidet, nonnisi unicum quoque mortuarium ex illo debetur. Potest autem unumquodque illorum prædiorum usque ad novem partes dividi, & tunc tot capiuntur mortuaria, quot in partes scissum est ipsum prædium; quando vero partes iterum minuuntur, & sub uno possessore rursus consolidantur, tunc etiam decrescit numerus mortuuariorum 4). Notandum heic est I. das Todten - Gericht, quod à manu mortua nomen habere arbitramur, siue quod fuerit judicium ecclesiasticum, cum, quæ Ecclesiis subsunt, amortizari & ad manus mortuas transferri dicantur 5); siue quod fuerit judicium, quod præsertim de mortuariis juribusque,

I  
intuitu



intuitu servorum 6), prædiorumque mortuariis obnoxiorum competentibus, judicabat; hodie vero illud illiusque origo sunt plane ex incognitis. II. Notandus est tractus *des Todten-Gerichts* in adjuncto 7) descriptus. III. Divisio prædiorum in novem partes singularis ideo dici meretur, quoniam numeri hujus novenarii, jam tertia vice obvii, ratio determinata reddi non potest. IV. Habemus heic exempla mortuorum realium, quæ pariter non ubique sunt obvia. Reale hoc mortuarium sæpius in regionibus Monasterii Alpirspacensis occurrit, sic enim Röténbaci, Petricellæ, Reuthini, Ellenbogæ aliisque in locis præter personale mortuarium semper ex prædiis, nisi diserte quædam exempta sint, reale quoque præstandum est. Plane vero singulare est, quod possessoribus villæ *Hoxenhausen*, nec non villæ *am Brandsteig* defunctis non solum mortuarium, & ibi quidem simplex heic vero duplex, Abbas capiat, sed & villa vendita tertiam partem omnium bonorum ad pristinum possessorem spectantium vindicet 8). Ex prædiis *Reutleben* dictis autem quid præsterur, docet adjunctum 9). Præter hæc mortuaria varii quoque census 10) a possessoribus adhuc viventibus præstandi sunt; quibus vero è toto urbario conquirendis otium haud fecimus; primo duntaxat obtutu nobis obvix fuerunt sequentes species 11), *die Mayensteuer* 12), *die alte und Herbsthübner* 13), *die Denk- und Garten-Pfenning*, *der Rauchhabern*, *der Vogt-Habern*, *der Weiß-Habern* 14), *Käse*, præsertim *Wayd-Käse*, *Wachs* 15), *Heller-Zinse und Schultern* 16). Quibus autem prolixius jam non immorabimur; pauca duntaxat adhuc de indole mortuarii realis dicturi.

1) Mortuarium reale præsertim illustravit STRUBEN. in *observ. jur. & hist. obf. 8*. Vocatur in urbario nostro *Güterfall* item *Rauchfall*.

2) Adjunct. N. 7.

3) Adjunct. N. 8.

4) Adjunct. N. 7. ex quo adjuncto pariter tertium genus mortuorum, præter reale & personale, scil. mixtum confirmatur; nam in hisce mortuariis, quæ præstantur è bonis *des Todten-Bezirks* ratio habetur & numeri personarum & prædiorum ipsorum; an scilicet in hoc tractu sit? sunt nec ne?

5) Manum



- 5) *Manum mortuam die todtē Hand*, unde forsā etiā *das todtē Gericht*, inter multos alios significatus, de quibus videri potest. DU FRESNE in *Glossar. Tom. IV. p. 483. seqq.* cui quoad certum significatum, quem Cangius omisisse videtur, jungi meretur BUDER. in *opuscul. p. 695.* Ecclesiasticarum personarum collegia atque communitates denotare notius est quam quod notissimum, vid. præter citat. DU FRESNE in *p. 486.* P. FRIDERICH de *eo quod justum est, circa amortizationem §. 2. def. 1.* *Tozten - Gericht* ergo forsā est iudicium, quo mediante iurisdictio quidem secularis, sed nomine Collegii alicujus Ecclesiastici, in personas eisdem subditas exercetur; imò utramque opinionem, quam in Spho ipso propinavimus, non ineptè conjungi posse, manifestum est exinde, quod Ecclesiasticæ communitates admodum sollicitæ quondam fuerunt, ut, iurisditionis, in proprios suos homines exercendæ, copia petirentur, demonstrante BURT in *Erlauterten Lehenrecht p. 719.* sola enim dominica potestas illam non inferebat, uti supra diximus. HERTIUS de *consultat. legib. & judic. in special. Rom. Germ. Imp. rebusp. CONRING. de judic. reipubl. Germ. HEINECCIUS de indol. & orig. jurisdict. patrim. §. 17.* & AUCTOR. *Astor. Lindav. supracitat. p. 845.*
- 6) Ipsi enim servi dicebantur *homines manus mortuæ*: nec non prædia etiā sub hac denominatione comprehendi notavit DU FRESNE *loc. supracitat. p. 483.* habuisse autem Abbatem & Conventum Alpirspacensem iurisditionem in homines proprios suos & mancipia e BESOLDO. *p. 254.* facile intelligitur.
- 7) Supracit. Adj. N. 7.
- 8) Videtur etiā hoc singulare, quod prædio vendito adhuc aliquid è bonis possessoris debeatur, cum potius observemus, homines proprios planè alibi a mortuario & eo, quod e bonis ipsorum dominus vindicare potuisset, immunes factos fuisse prædiorum abdicatione & illorum in alios translatione. vid. F. C. HARRPRECHT. *Conf. nov. 4. n. 783.* Sed & hoc de diversitate jurium Germanicorum ex solis particularibus conventionibus natorum testatur.
- 9) *Reutleben* unde nomen habeant, & annon confirment id, quod de verbo *Reutschos* conjecturavit GUNDLING. in *Gundlingian. P. x. p. 508.* jung. WACHTER. in *glossar. voce REUTSCHOSS.* quibus tamen se opposuit GRUPEN. in *uxor. theotisc. præfat. §. 2. & tract. ipsa. p. 121.* incertum; saltim hodie ne scintilla quidem superest, e qua de ipsorum indole judicari tutò posset: si quid autem conjecturis dandum esset, existimarem ita dicta fuisse, quoniam ipsorum possessores forsā equitandō, velut nuntiorum aut postarum nostrarum loco, ad operas adstricti fuerint, & videntur esse illa, quæ alias *Klepperleben* dicuntur: rustica enim hæc fuisse demonstravit B. LUDEWIGIUS *von Klepperleben in thesaur. Juris feudal. Jenichenian. Tom. II. p. 919.*
- 10) De censibus realibus e bonis præstandis heic sermo est, non de personalibus; unde vero bona illa censitica orta sint? jam non inquiremus; videatur



videatur BURT *im Lebenrecht*. p. 788. seqq. POTGIESER. L. II. c. 6. BOEHMER. *de vario Censuum jure*. WEIDLER. *de origine & natura bonorum censiticorum*. SEIP. *de stat. rustic. e ration. med. av. caut. dijud. cap. 2. §. 12*. Ut alios taceamus. Singularem censum urbis Tomar in Lusitania habet HELIOT. *in der Histor. Beschreibung all. geist. und weltl. Orden*. Tom. III. p. 523.

- 11) Vid. Adj. N. 8. in hoc adjuncto notandum obstagium, quod ibi permittitur, hodie cessare, cum enim obstagium per recessum Imp. de A. 1548. approbatum, per illum de A. 1577. autem penitus prohibitum fuisset in his oris Germaniæ TAVOR *de obstagio*. c. 1. §. 2. DREYER. *de eodem*. §. 1. not. 1. urbarii confectio in media hæc tempora incidit. In eod. Adj. notandus census de animalibus præstandus, non adeo frequens, videtur autem cum decimis carnaticis quodammodo comparari posse. Ibidem notanda vox *Weishaber*, quæ num a colore, & quatenus avenæ nigrae opponitur, ita dicta sit, an vero à *Weyfat*, ut tantumdem sit ac *Weyfat Habern*, i. e. *Gülthabern*, propterea certo definire non possumus, quia avena sub eo, quod vocatur *die kleine Weyfat*, non comprehenditur vid. BESOLD. *in thesaur. pract.* p. 1019. & *in continuat.* DIETHERI p. 659. DEINLIN *de præstat. Gallinar.* §. 4. p. 14. Interim prius nobis videtur probabilius.
- 12) Qui census nomen suum a Mense Majo sortiti sunt tamquam termino, quo præstare illos oportet, adeoque male à nonnullis confunduntur cum *Mey - Gassen, May - Borgen - Zinsf.* ATRER. *de censib. mora crescentibus* §. 17.
- 13) De quibus omnium loco videri potest DEINLIN. *de præstationibus gallinar.*
- 14) Avenariæ ferè non præciores sunt præstationes quam gallinariæ, ita, ut peculiarem de illis commentationem consarcinare, non difficilis foret operæ; habemus *den Forst-Hunds-Jäger - und Hecken Habern*, de quois vid. Ioh. Jac. REINHARD *de Jure forest. Germ.* p. 48. *den Vogt - und Rauch-Habern* DEINLIN. *cit. diss.* p. 18. & 30. *den Haupt-Habern*. GERIKEN. *ad Schottel*. c. 2. §. 4. p. 9. *den Frauleins - Habern*, & quæ sunt aliæ plures ejusmodi species, unde avenagium apud DU FRESNE *in glossar.* Ex his avenagii speciebus *Rauch - Habern* pertinet ad focagium, de qua vid. Adjunct. N. 8.
- 15) Cera frequentissima erat mancipiorum ecclesiasticorum præstatio, unde *Cerocensuales* roties in chartis occurrunt. vid. de GUDENUS Tom. II. *Cod. diplom.* p. 954. 998. dicuntur *wasstinsig* sive *Wachszinsig*. PUFENDORF. *in obs.* Tom. II. *app.* pag. 35. DU FRESNE *in Glossar.* verb. *Cerocensus*. LUDOLF. *obs. forens.* 167. MIRÆUS *in notit. Eccles. Belg.* cap. 196. SCHANNAT. *in tradit. Fuldens.* p. 128. n. 305. item *Wachspstichtige, Wachsbbeutel*. ENGELBRECHT. *de servitut. jur. publ. scil.* 2. membr. 2. §. 24. not. h. p. m. 199. inter Scabinos & curiales civitatum non recipiebantur. vid. *Statut. BREMENS.* tertium & ibi *Glossa Krestingii* apud PUFENDORF. *cit. loc.*

16) His



16) His armis aliqua ratione comparari possunt *die Lämmer - Bäuche*, de quibus DEINLIN. *citat. diff. p. 13.*

§. 17.

Mortuarium reale solvitur, quando possessor prædii moritur 1), & tunc præter mortuarium personale, si quod forte debetur, etiam reale sibi vindicat dominus, neque solum, masculis vel patribus familias vita functis, hoc jus exercetur; verum etiam, quando viduæ 2), quæ prædia mortuario obnoxia tenuerunt, vel victualitium è tali prædio sibi stipulatæ sunt, vita excedunt, idem exigitur, non tamen posci potest uxoribus vel liberis occumbentibus. Circa cœlibes personas urbanarium nostrum non planè eodem modo disponit, an ab eorum obitû, si prædia possident, mortuaria debeantur realia, nec ne? alibi enim indiscriminatim ait, *was aber vor Personen im ledigen Stand, und ehe und dann die verheurathet sind &c. die werden nicht gefahlet* 3): alio autem loco verba hæc restringuntur ad illas personas, quæ adhuc sub patriâ potestate constitutæ sunt 4); sed & illa verba, quamquam urbanarium generaliter vel quamquam diversimodè de diversis locis loqui videtur, nonnisi de cœlibibus, in patria potestate constitutis, capienda esse censemus ex hac potissimum ratione, quoniam, qui Paterfamilias est, & prædium, è quo mortuarium procedit, possidet 5), ad idem etiam adstringitur; patremfamilias vero constituit separata œconomia & immunitas à patria potestate, non nuptiæ 6). Denique si pater morte abreptus plures reliquit liberos, atque hi prædia in commune indivisa possident, tunc mortuaria non ob uniuscujusque ex liberis obitum peti potest, modo curatorem prædii (*einen Lebenträger*) è suo numero & quidem natû maximum (quod penes S. Georgii Monasterium deficientibus filiis inverso modo inter filias observatur, ex his enim natû minima fit curatrix) constituerint, quo factò mortuarium demum curatore mortuo debetur secundum diserta urbanarii verba 7).





- 1) Omne mortuarium propriè tale non debetur nisi defuncto eo, qui illi est obnoxius, unde etiam *juris luctuosi* nomine, vernacula *Trauer-Recht* venire solet, F. C. HARPPRECHT. *de mortuar. c. 1. num. 8. & 9. junct. cap. 5. n. 2. seq.* Optimum vero caput quandoque etiam à vivente capi potest, ubi leges permittunt, cujus rei supra exemplum dedimus.
- 2) Adjunct. N. 7.
- 3) dict. Adj. N. 7.
- 4) Dicitur enim *der Innhaber*, quod prædicatum cælibibus etiam, haud facile vero filiisfamiliâs, pro indole horum prædiorum competit; sufficit nimirum ex nostra hypothesi ad necessitatem præstandi mortuarii, ut quis prædium teneat cum effectû emolumenta inde redundantia sibi habendi; cum præcipuè hoc reale mortuarium rationem suam habeat in jure fruendi prædiis. STRUBEN. *obs. 7. §. 2. seqq.*
- 5) F. C. HARPPRECHT. *de separatis liberor. ab æconom. patern. n. 139.*
- 6) Adjunct. N. 7.

## S. 18.

Ex inveteratâ autem consuetudine vel potius ex ipsa rei indole, cum scilicet mortuarium hoc partim ceu reale supponat possessionem prædii, partim mortuarium non debeatur nisi secutâ morte, mortuaria non solvebantur prædiis venditis 1); cum autem hâc ratione domini jus admodum infringeretur, quia ferè omnes appropinquante senectute vel & vitæ fine prædia sua vendebant, idque ferè in infinitum ita repetebatur, ut vix una alteraque vice casus mortuarii existeret, necesse erat ejusmodi fraudibus occurrere, omnesque alienationes infcio domino susceptas penitus prohibere, idque eo justius, quoniam ipsum urbarium quidem alienationem prædiorum possessoribus non alio modo nisi cum consensû Abbatis & concessio huic jure protimiseos concedit in verbis: *Will ein Lebenmann sein Leben verkauffen, der soll es zum Ersten dem Lebenherrn anbieten, und will es der kauffen, dem soll er es geben vor männiglich, und NAEHER, dann sonst jemand; will es aber der Lebenherr nicht kauffen, hätte dann jemand desselben Guts Theil oder gemein, alsdann soll ers demselben geben; Wollen die auch nicht kauffen; so mag er es geben, wem er*



er will, der Genoss ist; und soll ein Abbt oder Herrschafft demselben leyhen, OB MAN ES IHM RATH, ist einer des würdig der Genoss. Vix igitur contingere potest, ut in fraudem mortuorum 2) venditio procedat. Porro quando is, qui prædia mortuariis obnoxia possidet, contractum vitalitium celebravit, atque prædium ex hac causâ uni ex liberis vel & extraneo cessit, mortuaria post mortem cedentis nihilominus æquè præstanda sunt, ac si bonis numquam sese abdicasset 3), ne vero detrimentum capiat dominus, statim tempore initi contractus vitalitii æstimatio mortuorum suscipitur, & morte deinceps secuta, si vidua superstes non est, secundum hanc æstimationem integrum, quod debetur, mortuarium; sin vero vidua superest, defuncto marito pro dimidiâ parte, altera vero dimidia post viduæ demum fata ex dispositione Rescripti Ducalis dd. 29. Sept. 1719. exigitur. Obtinet quoque, ut, si maritus & uxor unâ vitalitium sibi stipulati sunt, & præmoriens marito mortuarium vel integrum vel ex parte jam præceptum sit, sequente deinceps viduæ morte, quæ hæctenus duntaxat vitalitium continuavit, ex hujus persona nullum peculiare mortuarium præstandum sit, nisi & ipsa seorsim ejusmodi prædia possideat, ex quibus illud debetur, sub vitalitio non comprehensa, vi Rescripti dd. 29. Septemb. 1719. quo derogatum fuit Rescripto dd. 20. April. ejusd. ann. Passim etiam jam olim quæsitum est penes viduas, quando hæ, genitis è primo matrimonio liberis ad secunda vota transeunt, & novo marito prædia afferunt, è quibus demortuo possessore mortuarium præstandum est, deinceps novus hic maritus iterum moritur, prædium vero liberis prioris matrimonii servatur, nec de eo ad heredes mariti quidquam pervenit, utrum nihilominus mortuarium præstandum sit? hujus & nonnullorum aliorum casuum, quos deinceps memorabimus, ambiguitas ansam dedit, ut Præfectus Alpirspacensis vicinorum consuetudines & observantias explorandi mandatum acceperit, atque secundum easdem res ita decisa est, ut mortuarium non præstetur defuncto secundo marito, sed demum binubo conjuge 4). Sic etiam de  
hoc



hoc dubitatum fuit, utrum, si viduæ prædia possidentes secunda vice nubunt, & secundo hoc conjuge citius vitâ excedunt, mortuario nihilominus locus sit, quamquam moriantur non ut viduæ, sed ut uxores, quas tamen statutum à mortuario immunes pronuntiat. Justissimè autem decisum fuit, quod omninò & tunc debeatur mortuarium, si in secundo vel ulteriori conjugio moriatur fœmina, qua mediante in hoc conjugium illatum est prædium, quod mortuario subest; propterea enim secundi mariti fatum à causa mortuarii præstandi exceptum esse supra diximus, quoniam viduæ ex primo matrimonio hoc onus annexum manet; quid? quod hæc semper verè prædium possideat, quemcunque etiam maritum sibi postea junxerit §).

- 1) Eo ferè modo, quo BESOLDIUS in *thesaur. præf. voc. Hauptrecht* p. 368. de hominibus propriis Marchionatus Badensis ait, quod à mortuarii præstatione immunes fiant, si prædia alteri vendunt.
- 2) Facit huc etiam, quod uti de regula jus domini in mortuaria fraudulenter intervertere non licet, vid. POTGIESER. *L. II. c. 11. §. 51.* ita de hoc etiam disertè in urbario cautum adj. N. 4.
- 3) Ipso dictante Urbario Adjunct. N. 7.
- 4) Possidet enim talis maritus prædium non civiliter, saltim non animo domini; bona enim uxoris jure domini non spectant ad maritum, id quod & de dote certo modo affirmandum. *L. 4. ff. de collat. L. 30. C. de jure dot.* & in hæc quoque circa onera imponenda effectus suos ex-erit. STREKER. *de jure mulier. quib. express. hypoth. à marit. constituit.* §. 1.
- 5) Sufficit enim mortuarii in vidua per apprehensam possessionem bonorum semel radicati causam penes illam ipsam adhuc durare, quamquam matrimonio iterata vice sese junxerit.

## §. 19.

Mortuaria hæc realia consistunt uti omnia illa, de quibus etiam supra mentionem fecimus, in optimo jumento, sive potius in eo, quod optimum sequitur 1), cum hoc pro mortuario personali soleat auferri. Quæsitum est etiam, utrum duntaxat illud jumentum capi pro mortuario queat, quod



quod in propriis defuncti stabulis vel in prædio ipso deprehenditur, an vero & illud, quod defunctus penes alium in spem futuri lucri, vel *auf vorwachs*, ut vocant, habuit? atque decim fuit, quod omninò etiã hæc, penes socium aliquem deposita, pecora mortuario subsint 2); quamquam hoc in casu indemnem præstandum esse socium, nemo dubitabit 3). Potest etiã planè optimum jumentum, si in fraudem domini vel mortuarii, præsertim vix ante obitum illud debentis, è quò fraus faciliè præsumitur, alienatum fuit, rursus à domino, siquidem facultate hac uti vult, vindicari, modo tamen ei, qui bona fide emit, ex aliis defuncti bonis ratione pretii fiat satis, neque casus faciliè existere potest, ut indemnem servari non valeret is, cui rursus ereptum est ejusmodi jumentum; quodsi enim bona à defuncto relicta vix hoc pretium exæquarent, omninò præsumendum foret, quod ex summâ necessitate alienatum fuerit mortuarium, quo casu ne domino quidem jus est illud revocandi; sic enim habent verba urbarii 3).

1) Urbarium enim inquit: *Die Güterfalle gehen allerwege nach den Leibfällen.*

2) Quando quidem secundum opinionem nonnullorum Germanistarum rationes subducendæ essent, quasi mortuarium eo sine præstandum esset, ut jumenta agriculturæ destinata à prædiis non avellerentur, & quia ista quasi pars horum spectarentur, ex ejusmodi pecudibus partiaris vix sibi mortuarium vindicare posset dominus, cum neque sint pertinentiæ fundi, neque agriculturæ causæ alantur: Verum quoniam mortuarium debetur è bonis, quæ defunctus reliquit, omnibus, quoniam illa quoque partiaris jumenta bonorum defuncti partem constituunt, quoniam his à mortuario exemptis facillimè fraus fieri & mortuarium debitum interverti possit; & denique quoniam electio domino ex omnibus bonis competit, non potest non, horum quoque jumentorum intuitu, jus domini esse fundatum, præsertim illis in locis, ubi mortuarium ex servitute quadam descendit, licet sit reale.

3) Adjunct. N. 4.

## §. 20.

Res & Prædia, è quibus mortuaria præstanda veniunt, sunt villa integræ, *Meyer-Lehen-oder Hof-Güter*, præsertim

K

etiam



etiam areæ omnes, *welche berechtigte*, sunt verba urbarii, *Hofstätte* sind; sive illis aliquid impositum sit, sive minus, *sie seyen bezimmet, oder nicht*; per observantiam tamen introductum est, ut ex ædificiis in ipso vico Alpirspach extractis mortuarium reale nullum pendatur, cui observantiæ etiam per Rescriptum Ducale dd. 23. Januar. 1716. verificatum est: in plerisque autem locis Monasterio Alpirspacensi subjectis moris est & statutis conforme, ut tot mortuaria præstanda sint, quot quis possidet prædia vel areas; *so viel einer Höfe oder Hofstätte besitzt 1)*; neque hoc præter rem, mortuarium enim, quod reale est, toties pendi debet, quoties causa adest, è qua oritur; oritur autem ex unoquoque prædio ex unaquaque area, ergo etiam pro unaquaque sigillatim præstandum est, quamvis uni subiciantur possessori. At vero id singulare est, quod numerus arearum *die Anzahl der Hofstätte* æstimetur non ex eo, quando illæ præcisè dinumerari & demonstrari possunt, sed ex solo armorum numero, quos, uti supra diximus, census loco quis offerre tenetur; quot igitur quis humeros debet, tot etiam mortuaria vita functus domino relinquit, & tot possidere censetur areas, licet hæ demonstrari haud queant, nec aliundè satis de iis constet 2).

1) Ita tamen, ut & opum ratione habita *in der Thädigung des Haupt-Rechts* semper id, quod mitillimum est, præferatur; quemadmodum v. g. fatis functo pauperiori quodam subdito, cujus substantia vix ad trecentos florenos ascendebar, pro quinque & dimidio, quæ debebat, mortuariis nonnisi 20. floreni exacti fuerunt.

2) Vid. Adjunct. N. 8.

## §. 21.

Plura quidem possemus adhuc propinare singularia Alpirspacensia, & præsertim de eo penitus disquirere, quibusnam speciebus bonorum, in veteri Jure Germanico obviurum, illa accensenda sint, quæ Alpirspaci deprehenduntur; verum cum ferè non infinitis modis variet bonorum Germanicorum 1) indoles penes ipsos etiam rusticos, atque in ipso



ipso districtū monasterii Alpirspacensis eoque pertinentium vicorum prædia non unius ejusdemque naturæ sint, cum ibi dentur vitalitia, emphyteutica, censitica, atque rustica in sensū generali sic dicta; implicari his tricis non è re duximus: heic igitur subsistimus, atque non modo omnium primò Deo T. O. M. pro eo, quod & hac vice rursus vires nobis largiri benignissime voluerit, submississimas grates persolvimus; sed & simul enixè protestamur, nos illa omnia, quæ hæctenus exposuimus, neutiquam aliâ ratione intellecta velle, ac quidem ceu privatas nostras hypothèses, quæ uti longè sunt inferiores, quam ut Serenissimi Principis nostri iuribus, circa quæ objectum nostrum maxime versatur, ullo modo per illas aliquid adjici possit, ita ex adverso iisdem detrahere, vel duntaxat extenuare illa & restringere remotissimum à nobis esse volumus: quicquid igitur hinc inde specialius investigatum, atque per modum acroaticæ resolutionis circa unam alteramvè quæstionem fuit explanatum, id omne, nonnisi per modum nudæ doctrinalis interpretationis, quæ authenticæ semper subest, non vero repugnat, à nobis factum fuisse putandum est.

1) Quorum plenissimum Catalogum dedit BURT *im Erlauterten Lehenrecht. p. 689. & m. seqq.*

T A N T V M!



K 2

AD-



## ADJUNCTA

N. I.

**G**ottes Gnad, Schutz und Schirm, auch Väterliche Lieb und Treu &c.  
 Lieber Tochtermann und Tochter, Mich und meinen Zustand betref-  
 fend, verhält es sich damit also: Bey uns zue Boellingen hat man  
 von keinem grossen feindlichen Gewalt nichts gewulst, sondern nur von  
 straffenden Rotten gesagt, denen die offene Doerffer müssen herhalten:  
 Deswegen ich nie keines Hellers vweht verruckt. Am Montag aber post  
 Dom. 14. Trinit. d. 8. Sept. um 1. Uhr kommt einmahl ein Sag in die  
 Stadt, man sehe gar viel Reutter, die der Stadt zueziehen, deren man  
 meins Willens auch vvenig geachtet, bis sie gar nahe zuer Stadt kommen;  
 Bald darauf lauffen aus vielen Gassen Weib und Kinder in mein Pfarr-Haus,  
 so viel, das mein Stuben und Ern voll vworden, die schrien und heulen;  
 Die vermähnen ich zum Gebett, knien alle nieder und betten. Ehe ich aber  
 mein Vatter Unser ausgebetret, kompt die Sag, sie seyen schon in der  
 Gassen. Da ich nun zue meinem Fenstergetter hinaus schauhe, da siehe ich  
 schon in der Gassen auf die 20. oder vielleicht 30. und mehr bloffer Sebel.  
 Die sind alsobald auch im Pfarr-Haus eingefallen, Geld begehrt, oder  
 sie vvoellen uns zerhauen, und erschiessen, da dann einer auf einmahl viel  
 Pistol und Sebel sehen müssen, die man ihm aus Herz gesetzt, und über  
 dem Kopff hergefahen &c. Nun ich und die Mutter sind gar vwillig,  
 schliessen ihnen alles auf, das sie alsobald alles Silber-Geschirr, Gede  
 und Gelts vweht, bekommen, und vveil ich ihnen alles so vwillig hergeben,  
 eröffnet, und sie so ein gut Beut gekreuet: bin ich der Hoffnung geve-  
 sen, es vwürde mitt mir vveitter kein Noth haben. Aber da sie das Beste  
 fort, da nimpt mich ein Crabattischer Rittmeister Jean von Wellburg ge-  
 fangen, gibt mir etliche Straich mit seinem Bichel, so ein starck Hauben  
 vwie ein Hammer, als vwann er ein Rind vvolte niederschlagen, deren ich  
 noch zimlich empfinde, ob ich vwohl in allem gurtvwillig und gedultig  
 gevesen, führt mich durch etliche Gassen der Stadt, da bin ich als noch  
 der Hoffnung gevelen, es geschehe nur darum, das ich ihme der reichen  
 Leutt Häuser zeige; Aber ich muos noch auf ein Stund lang zusehen,  
 vwie sie alle Gassen und Häuser ausplündern. Folgens führt mich sein  
 Diener am langen Strick fort auf Sindelungen zue halben Wegs. Waren  
 Willens, selbigen Montag auch noch Sindelungen zue plündern. Nach-  
 dem sie aber lang im freyen Feld gehalten; und berthsolaget, seind sie  
 endlich vvierer zueruckh gezogen, ohngefahr ein ganze Stund in Boellinger  
 Wald hinein den Fildern zue. Die erste halbe Stund Sundelungen zue  
 hab ich neben dem Pferd müssen her tanzen, und bin einen solchen lösen  
 Polackhen in die Hand gesprochen vworden, der mich nur über die Brach-  
 Aecker, über die rauhe Furchen und Schülpn geführt, und vwann auch  
 der Weg darneben gevesen, hat er mich nur über diese Weeg geführt:  
 bis



